

meminerunt, & Caiet. in opusculis, tract. 27. vers. Quoad secundum. Ochagavia de Sacramenis, tit. de Sacramento ordinis, q. 10. nū. 8. & de Sacramento matrimonij, q. 51. nū. 3. & vide posita ad cap. I. nū. 2. & ad cap. Presbyteris 8. nū. 2. sapta, dist. 27.

**3 Ibi, Caste.** Ergo continentia subdiaconorum non tantum obligat continere à nuptijs, sed etiam ab omni actu venereo, per inde ac votum castitatis, quia cum mancipentur functioni rerum sacrarum, omnis mundities eos condeceret; tradit eleganter Sanch. tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disp. 27. nū. 3. & adde posita ad cap. De ijs, & ad cap. Diaconi, infra, hac eadem distinet.

### C A P. Decernimus. II.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Innocentius secundus quis fuerit?*
- 2 *Concilium Romanum quando celebratum?*
- 3 *Constituti in sacris non debent concubinas habere.*
- 4 *An sint privati beneficijs ipso jure?*
- 5 *An debeat perseverare in statu clericali?*

**1 In superscriptione, ibi, Innocentius secundus.** De quo vide posita ad cap. Deinde, supra, dist. 26. Fuit antea Cardinalis diaconus Sancti Angeli Gregorius vocatus; Pontifex eligitur anno Christi 1130. timore Anacleti Antipape Gallias petijt, varijs argumentis à Divo Bernardo probatur; legitimus Pontifex à Concilio Rhemensi judicatur; mortem obivit anno Christi 1143. vide latè Baron. tom. 12. annal. anno Christi 1130. & seqq.

**2 In eadem superscriptione, ibi, In Concilio Romano.** Fuit celebratū anno Christi 1139. mense Aprilis, cui interfuerunt circiter mille Episcopi, multa salutifera decreta promulgantes. Vide Baron. d. tom. 12. anno Christi 1139. nū. 4. ubi decreta Concilij refert, & verba nostri textus affert.

**3 Ad textum.** Nota constitutos in ordinibus sacris uxorem, aut concubinam ducentes, & habentes, ecclesiastico beneficio, & officio carere, notat Abb. in cap. 2. Qui clerici, vel roventes, exornat Bernard. Diaz in pract. cap. 80. n. 2. ubi nostrū textum refert: Azor,

in sum. tom. I. cap. 12. vers. Tertio queritur, lib. 13. Adde posita ad cap. Presbyter, nū. 2. infra, hac eadem dist. & ad cap. Erubescant. nū. 2. infra, dist. 32. & ad cap. Si qui verò, nū. 3. & q. eadem dist. An in sacris contrahens matrimonium perdat beneficium ipsofacto? Negat Sayrus, alios referens de censuris, lib. 6. cap. 5. nū. 16. Glossa in cap. I. verbo, dimittere, de clericis coningatis. Contraria opinio communior apparet, de qua vide posita in cap. Si qui verò nū. 4. dist. 32. Adde eleganter Suarium de statu religionis, tom. 3. lib. 9. cap. 18. nū. 12 & 13.

**Ibi, Careant.** Ergo ipso jure sunt privati, Glossa tamen in praesenti recitat per contrarium, quod clericus concubinarius non debeat puniri nisi praecedenti monitione, cap. Sicut, de cohabitatione clericor. Tu vide Rebus. in Concord. tit. de publicis concubinarijs. Covar. Alma mater I.p. §. 2. nū. 10. Concil. Trident. 25. de reformatione, cap. 14.

**Ibi, Debeant esse.** Tenentur igitur clerici in sacris constituti in statu clericali preseverare, neque possunt sine apostasia illum deserere, ut ex nostro textu adnotavit Suarius adversus Anglicanae seculae errores, lib. 4. cap. 27. num. 6. & præterea ad habitum, & alia insignia clericalia cogi posse, testatur idem auctor loco citato; probatq. ex cap. Tua de apostatis. Quenam verò sint status clericalis potiora indicia, constat inter auctores esse habitum, & tonsuram, ut docte probat Reginald. tom. 2. lib. 30. tract. 3. nū. 10. & seqq. & communiter doctores ex Clement. Quoniam. de vita, & honest. cler. & cap. Ioannes de clero conjugato. Hinc fit, ut mortaliter peccet clericus ille, qui habitum, & tonsuram liberè, & absq. necessitate demittit. Ita Panorm. cap. Si quis de vita, & honest. clericor. Franciscus Victoria, apud Bañes 2. 2. q. 12. art. 1. §. Sed quoniam. Navarr. in Man. cap. 25. nū. 109. §. 33. Causas verò ob quas demitti possunt illa clericalis ordinis insignia, assignat Bañes, loco citato, esse necessitatem tuendi vitam, honorem, vel divitias, aut etiam propagandæ fidei catholicæ, quod passim inter Chinanas, & Iaponnes ob servatur à patribus Societas Iesu, & alijs religiosis.

### C A P. Quando. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Concilium Toletanum 4. quando celebratum?*
- 2 *Presbyteri cum ordinantur promittunt se castè victuros.*

promoti

- 3 Promoti ad Ecclesias parochiales debent esse in sacris.  
4 Professio castitatis antiquitus fiebat.

**I**N superscriptione, ibi, In Cōcilio Toletano 4. Fuit Provinciale celebratū circa tempora Honorij Papæ primi; regnante in Hispania Principe Sisifando, Era 671. die nona Decembris, cui subscripterunt Episcopi numero septuaginta, quorum nomina, quibusdam prætermis, subnotantur. 2. tom. Conciliorum, fol. mihi. 725. vide me in histor. Episcop. Portugal. p. 1. cap. 7.

**2 Ad textum.** Constituit textus debere presbyteros, vel diaconos promittere se castè victuros, dum ordinantur; de quo vide posita ad cap. I. nu. 2. & ad cap. Presbyteris, nu. 2. supra, dist. 27. & ad cap. I. nu. 2. & ad cap. Presbyteris, hac eadem, dist. Adde de materia, Soto in 4. dist. 38. q. 2. art. 2. Covar. in 4. Decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 1. 2. & 3. & hæc eadem verba textus transcriberat antea, Burchardus in suo decret. lib. 2. cap. 157.

**3 Ibi, Diaconi per parochias.** Ergo illi qui promoventur ad Ecclesias parochiales, debent esse in sacris; dispensativè tamen in minoribus ordinibus constituti consueverunt assumi, per textum in cap. Præterea, de etate, & qualitate, Rebus. in praxi part. I. tit. de requisitis ad collationem, nu. 35.

**4 Ibi, Professionem.** Fiebat expressa professio, per textum in cap. Quamquam, supra, dist. 23. ubi vide posita nu. 2. Hodie tamen non oportet hoc exprimere, eo ipso quod ordo sacer suscipitur, continentiae votum susceptum esse intelligitur, cap. I. de voto lib. 6.

## CAP. Priusquam. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Gregorius quis fuerit?  
2 Non debent in Episcopos eligi, qui continentes non sint.  
3 Indignus non debet ordinari.  
4 Longa continentia quæ dicatur?  
5 Appellatione partis comprehenditur pars dimidia.  
6 Index aliquando supplet quæ reddent judicium nullum.

**I**N superscriptione, ibi, Itē Ḡgorius. De quo vide posita ad cap. De Constantinopolitana, 4. supra, dist. 22.

**Ad textum.** Collige ex textu non debere in Episcopos eligi, qui longam corporis sui continentiam non habent. Præcipuum enim totius vitæ ornamenti est pudicitia; unde hac virtute præcipue ornari, & decorari debet vita Episcopi, tanquam principis sacerdotum, prosequitur latè Lusitanus Satomaior in epistolam. I. ad Timotheum, cap. I. nu. 9. verbo, pudi. um, arq. de Episcoporum moribus, vide posita ad cap. Quis Episcopus, nu. 1. & ad cap. Episcopus nu. 2. supra, dist. 23. Quam morum probitatem, & sanitatem appositæ, nec non cœnnæ expressit Alvarus in sua musa Paulina ad I. Timoth. cap. 3: in illa verba, Sobrium, prudenter, pudicum, hospitalem. Ita ille

Sobrius, & vigilans, speculator, ut undique vitet  
Vulnus, & socordem non decet esse pairem.  
Sit gravis, & stolido volitantes conterat umbras.  
Et nutriet maminis pignora chara suis.

**Ibi, Debuerat consentire.** Qui

sentit se indignum, & permittit se ordinari, vel eligi, peccat, & deponi potest; unde qui illiteratus ad beneficium promotus est, ab illo venit deiiciendus, tradit Azor. in summa, p. 2. cap. 6. vers. Sepiemo queritur; de qua materia videbis posita ad cap. Statuimus, 61. dist. & ad cap. Si in plebibus, 63. dist. videatur, Reginald. tom. 2. lib. 30. tract. 3. per totum caput 14. qui auctor, nu. 198. affirmat, illū peccare mortaliter, qui in alicujus electio- nis concursu, alteri competit candidato, quem te ipso notoriæ dignorem agnoscit. Vbi pro se allegat Navarrum miscellan. 40. nu. 10. Duplici vero ratione nititur hæc sententia. Prima quia, talis homo notoriæ minus dignus, occasionem præbet examinatoribus peccandi mortaliter. Secunda quia, dignorem notabiliter laedit, dum illum ad expensas, & alia, incommoda indignè adducit. Horum vero auctorum sententiam neque amplector, neque aperte improbo.

**Ibi, Longam continentiam.**

Late in presenti controvertunt Præpositus, & Turcremat. quæ dicatur longa continentia; illud ego moneo testipresentiam à peccatis probari ex eo, quod semel malus continuò triennio abstinuit à priore malo, & laudabiliter vivit, juxta textrum in Authent. de monach. §. Sancimus, vers. Si vero, ibi. Sufficit ad purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis testimonium, p quem textum ita resolvunt Jason. in l. Si prius, nu. 43. vers. Tu ergo, ff. novi operis, Roman. cons. 236. nu. 6. post multos Tiraq. de penit. causa 29. nu. 5.

&

8c. causa 51. nū. 158. Alciatū regula 2. præsumpt. 7.  
ad med. M. scard. de probat. vol. 2. conclusione 60.  
nū. 14.

**5 In Glossa prima.** Tenet Glossa, quod appellatio partis,  
comprehenditur pars dimidia. Adde textum  
in cap. 2. §. Statuimus, & ibi Glossa, verbo, deme-  
diatur, de decimis, lib. 6. quod tamen limitabis,  
nisi addatur aliquid verbum concludens etiam  
minorem partem dimidia. Tunc etiam minor  
pars, quā dimidia excluderetur partis appella-  
tione, ut est *Glossa*, in verbo, aut eorum, in Cle-  
ment. Quanvis, de foro comp. Quam dicit singula-  
rem *Tiraq.* in l. Si unquam, verbo, Omnia, nū. 14.  
in principio, C. de donat. & nū. 8. cum quo limi-  
tabis, & ampliabis.

**6 In Glossa, verbo, Filiam, ibi,**  
**Ex hoc.** Facit Glossa regulam notabilem,  
quando judex supplet de facto in  
his, quae redderent judicium nullum; de quo  
vide Decimum, in cap. Causam, nū. 2. de judicijs, &  
in cap. Ex insinuatione, nū. 8. de appellationibus.

### C A P. De ijs. V.

#### S V M M A R I V M.

- 1. Concilium Toletanum 2. quando cele-  
bratum?
- 2. Ad subdiaconatum accessuri continentia profitentur.
- 3. Menoch. nostrum textum interpretatur.
- 4. Virtus castitatis quanta sit.
- 5. Olim subdiaconus non ordinabatur ante  
vigesimum annum.
- 6. Clericis in minoribus an possit continen-  
tia iniungi?
- 7. Pueritia durat ad septennium.

**1 In superscriptione, ibi, Ex Co-**  
**cilio Toletano 2.** Habitum anno 5.  
Amalarici Regis,  
circa tempora Ioannis Papæ 2. refertur tom. 2.  
Cœcilius. fol. mihi 386. Attamen Padilba in Epitome  
Concil. ait fuisse celebratum sub Innocentio 1.  
anno Domini 410.

**2 Ad textum.** Notabis ex textu quod ad  
subdiaconatum accessuri continentiam profitentur, ut ex illo notavere  
Bernard. in practica, cap 80. nū. 2. Sanches tom. 2. de  
matrimonio lib. 7. disp. 27. nū. 3. & 10. ubi exakte  
tractat an obligatio ista ad continentiam servâ-  
dam sit ex meta constitutione Ecclesie, vel ex

voto, quod Ecclesia annexavit ordini sacro, quē  
etiam vide circa textum nū. 19. & Egidium dis-  
p. 20. dub. 13. Bonacinam de matrimonio, quā 3. punc-  
to 9. nū. 12. & seqq. Reginaldum lib. 30. tract. 1. nū.  
38. & ibi, Bellarmin. & Valent. citatos.

**Ibi, A' primis infantiae annis.** 3  
Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 57. nū. 11. conten-  
dit, hæc verba esse exponenda; post primos infan-  
tie annos, atq; ita septimo anno perfecto, nam  
illa præpositio, à, idem quod, post, significat, ut  
multis ostendit *Tiraq.* in l. Si unquam, verbo, &  
postea, nū. 21. C. de revocand. donat.

**Ibi, Gratia castitatis.** De virtute cas-  
titatis vide latè  
D. Thom. 2. 2. q. 151. art. 1. & seqq. Lessum lib. 4.  
de just. cap. 2. dub. 13. ubi latè. D. Ambr. lib. de vir-  
gin. Hieron. epist. 24. ad Furiam. Bernard. in epistola  
ad Senonien. Quibus addo Augustinum, afferentem  
contra Faustum, castitatem esse animæ pulchritu-  
dinem, & cæli delicias. Quod ipse agnovit. Ti-  
ballus lib. 2. eleg. 1.

*Casta placent superis, pura cum vestle venite,  
Et manibus puris sumite sonis aquam.*

**Ibi, Vigesimo anno.** Igitur secundū  
subdiaconus non ordinabatur ante vigesimum  
annū, postea vero conferebatur subdiaconatus  
ei, qui attingebat 18. annum Clemens ult. de aetate  
& qualit. post alios Menoch. de arbitrar. casu. 427.  
nū. 15. hodie tamen nullus ad subdiaconatus or-  
dinem ante 22. aetatis suæ annum promovetur;  
Trid. sess. 23. de reformat. cap. 12.

**In vers. Quibus autem ibi, Au-**  
**ferre non possumus.** Ergo clericis in  
minoribus consti-  
tutis, nequit Ecclesia castitatis, seu conti-  
nentia votum indicere, tradunt Sylvest. verbo, ma-  
trimonium 8. q. 12. ad finem, Azor. in summa, tom.  
1. lib. 13. q. 4. Vasq. de ordine disp. 249. cap. 4. nū.  
39. Sanches tom. 2. de matrimonio. lib. 7. disp. 31. nū.  
4. Poterit tamen Ecclesia constituere, ne in pos-  
terum ad ordines minores promoveantur, nisi  
qui se voto castitatis astrinxerint, ut per eundem  
Sanches, ubi proximè

**In Glossa I.** Dicit Glossa pueritiam  
non durare nisi ad septé-  
nium, quam refert Menoch. lib. 2 de arbitrar. casu.  
57. nū. 11. Quam Glossam originem duxisse cre-  
do ex veteri Romanorum consuetudine ad nos  
derivata. Veteres enim (ut auctor est Censorinus  
lib. de die Natali) septem aetatis gradus juxta me-  
tem Hippocratis constituebant. Primus gradus  
erat infantia, secundus in septennio, qui pro-  
priè vocabatur pueritia, & hanc deinde sequen-  
tia adolescentia, juventus, virilitas, senectus,  
etas decrepita. Lege Macrobii lib. 1. in somme  
Scipion.

## CAP. Assumi. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Arelatense 2. quando celebratum?
- 2 Constituti in coniugio non debent ad sacerdotium assumi.

**I**N superscriptione, ibi, Ex Concilio Arelatensi 2. Celebratum est tempore Beati Sylvestri Papæ 1. & Constantini Imperatoris, circa annum Domini 326. refertur 1. tom. Concil. fol. mihi 375. Arelate Galliæ Narbonensis urbs, de qua Plinius lib. 3. cap. 4. Colonia sextanorum dicta, quod è sexta legione milites, coloni eo deducti sint. Eam juxta Rhodanum sitam, celeberrimoq; emporio insignem scribit Strabo lib. 4.

**Ad textum.** Collige ex textu constitutum in coniugio non debere ad sacerdotium assumi, de quo vide *Sotum in 4. dist. 25. q. 1. art. 3.* in fine, Petrum Crespetium in summa catholica fidei, verbo, *Celibatus*, fol. 163. qui nostri textus meminit, & multa adducit. Nec sufficit uxoris licentia, nisi approbatam religionem fuerit professa, vel divortium inter eos fuerit celebratum. Quare qui, uxore relicta, in seculo ordines sacros suscepit, perpetuò erit suspensus, quousq; ipsa vel vita fuerit perfuncta, vel religionem professa, ut per eundem *Sotum*, & vide etiam cap. *Coniugatus, de convers. cōjugat.* Bellarmin. *de clericis*, lib. 1. cap. 19. vers. *Ecclesia Gallica*.

## CAP. Præterea. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Arelatense 3. quando celebratum?
- 2 Diaconi non debent ordinari, nisi castitatem profiteantur.
- 3 Constitutio non ligat preterita.

**I**N superscriptione, ibi, Ex eodem tertio. Concilium Arelatense 3. fuit provinciale, celebratum circa tempora Leonis Papæ Era 461. Martiano Augusto, Opilione, & Vincomalo consulibus, octavo Idus Iulij, refertur 1. tom. Concil.

fol. mihi 726. sed in hoc Concilio hic ipse penitus canon non invenitur, sententialiter tamen est in cap. 2. eiusdem Concilij, vers. *Sed nec reliqui.*

**Ad textum.** Statuitur in præsenti non debere Diaconos ordinari, si castitatem non profiteantur; unde reprobantur Lutheranorum errores, quibus Ecclesiam Dei funditus de moliri nituntur, totis viribus cœlibatum à clero abigere contendent. Cum tamen sacerdotum continentia non modo congruens, verum necessaria sit Ecclesiæ Christi, ut absq; illa, neque decorum servare possit, neque legitimam Christi effigiem retinere, comprobatur eleganter *Sotus de just. & iure*, lib. 7. q. 6. art. 1. Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 19. vide etiam posita ad cap. 1. nu. 2. & ad cap. Presbyteris 8. nu. 2. supra, dist. 27. & ad cap. 1. nu. 2. & seqq. hac eadem dist.

**Ibi, Deinceps.** Ergo constitutio non ligat præterita, quod probat verbum, *deinceps*, hic positum, & notatur in cap. 1. de postulatione prælatorum, lib. 6. de quo vide latissime *Suar. de legib.* lib. 3. cap. 14. vide posita ad cap. *Ex antiquis*, dist. 54. Adde cap. *Cognoscentes, de constitut.* ubi dicitur novum statutum ad futura extendi, non verò ad præterita; aliter enim subiret aliquis legis dispendium ante ipsius prohibitionem.

## CAP. Diaconi. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Ancyra Synodus quando celebrata?
- 2 Cum diaconis an dispensent Episcopi, us uxores ducant?

3 Intellectus Henriquez, & aliorum.

4 Intellectus communis. & nu. 5.

6 Intellectus authoris.

7 Protestatio quomodo tollatur?

8 Diaconi an in primordijs Ecclesiæ matrimonium inirent?

**I**N superscriptione, ibi, In Ancyra Synodo. Ancyra, teste Plinio lib. 5. cap. ult. dicta est ab anchoris navium captarum a Mithridate, quas Ptolemaeus Ægypti rex suppeditas Galatis, seu Gallo Græcis miserat, cuius meminit Ptolemaeus lib. 5. cap. 4. Concilium Ancyranum celebratum in civitate Ancyra, in provincia Galatiæ, antiquius est Niceno. Hæc Synodus tametsi provincialis est. Et eadem causa postpo-

postponitur Nicœnæ, tamen in sexta synodo  
Tullo congregata, cap. 20 approbata est. Cele-  
brauit fuit hoc Concilium post tempora Mar-  
cellini Papæ, circa annum Domini ferè 308.  
Aliquæ ex episcopis, qui huic Synodo interfue-  
re, to menerunt etiam in Nicœnam Synodus;  
refertur nonn. 1. Concil. fol. mihi 293. de illo agit  
Baron. tom. 3. annal. anno Christi 314. post med.  
folio 125. cum quo latius prosequere, & in vers.  
Lepsiis; verba nostri textus refert Vasques de Sacra-  
monio ordinis, disp. 249. cap. 2. nro. 9. & seqq.

**Ad textum.** Difficilis reputatur nos-  
ter textus, dum permit-  
tit diaconis ex protestatione ab Episcopo acce-  
ptata post ordines, uxorem accipere. *Sotus de  
just. lib. 7. q. 6. art. 2. pag. 3.* putat tempore nos-  
tra textus licuisse diaconis cum hac protesta-  
tione ordinatis uxores ducere, & Episcopos po-  
tuisse in hoc impedimento matrimonij dispe-  
fare; idem tenet Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 19.  
col. 3. Vers. Probatur secundo. Sed haec opinio, ne-  
que vera videtur, nec ex nostro textu deduci-  
tur, ut ex vero intellectu apparebit.

35. littera D. putat textum nostrum esse emendatum per texum in cap. I. supra 28. dist. & in hoc etiam consentit cum Soto, & cum eo rejecitur, quare idem Henr. ibidem, afferit textum nostrum, ibi, Si postea ad nuptias venerintur: esse intelligendum; hoc est, nuptijs utatur, ut alijs intelligitur cap. Aliter fin. infra, dist. 31. quam interpretationem etiam tradit Azor. in summa tom. I. lib. 13. cap. 12. verf. Vnum potest, sequitur Sanch. tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disp. 28. nu. 7. ad medium, qui intellectus yiolentus apparet, & non nulla supplet, & ex verbis Canonis manifeste refellitur. Nam verba illa, ibi, Ad nuptias venerintur, non est nisi uxoribus antea ductis, sed tunc de novo eas ducere, ut adverterit Vasques de Sacras mentio ordinis, disp. 249. cap. 2. nro. 16.

4 Quare opinio existit communis Episco-  
po non esse potestatem dispensandi cum dia-  
cono protestante, ut post ordines contrahat va-  
lidè matrimonium; probat expressè cap. De illo  
32. dist. neque in nostro textu licentia Episcopi  
validum reddidit matrimonium, cum ex nullo  
verbo deducatur; tantum igitur probat textus  
quod licet aliâs canonica sit pœna statuta sus-  
pensionis ab officio cōtra illos, qui post sacramen-  
tationem matrimonium contrahunt, non  
suspendetur tamē diaconus, qui contraxerit,  
si in ordinatione protestatus fuerit; nam illa li-  
centia Episcopi à culpa quodammodo excusat;  
& probatur intellectus ex verbis Concilij An-  
cyrensis, quod solum de pœna suspensionis lo-  
quuntur. Ita intellexit Turrecremat. & Archid. in  
prefessi. Abb. in cap. Cum M. de constit. nu. 15. ad fini.  
Covar. de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 1. nu. 19. Boverius  
de Repub. ecclesiastica, 2. p. lib. 2. cap. 10. vers. A' sub-  
seq. 109

*diaconatu. Verum adhuc manet scrupulus, cum  
in praesenti nulla fiat mentio separationis ab  
uxoribus, insuper nulla poena sic ordinatis à  
Concilio impenatur; si autem hoc peccatum  
effet, Episcopis saltem non levis, sed gravissi-  
ma poena imponeretur.*

Vnde Michael de Medina, lib. 2. de continentia,  
cap. 14. sub fine, nostrum textum reijcit, &  
contemnit, ductus authoritate Balsamonis. Nam  
cum hæc Synodus fuerit provincialis, semper  
subjecta manet Sedis Apostolicæ retractationi,  
si quid in ea cum ecclesiastica lege discrepet,  
quale est hoc. Verum quanvis hæc evasio tole-  
rabilis appareat, cum certum sit provincialia  
Concilia ante Pontificis confirmationem erra-  
re posse; non est facile credendum, tot Patres  
in Concilio Ancyrano congregatos contra or-  
dinis sacri institutionem, Canonem tulisse; ut  
pungit Vafq. d. cap. 2. nu. 15.

Ego verius existimò Concilium non habuisse ratum coniugium à diaconis in nostro textu contractum; nec liberam facultatem eis concessisse illud contrahendi, & in matrimonio sic contracto uxore utendi; sed tantum statuit, ut ordinatus, qui sic ex licentia Episcopi contraheret, de gradu suo, & ordine non amitteretur, sed post huiusmodi nuptias in eo permaneret. Ita tamen ut uxore sua minime uteatur, quia in textu solum dicitur diaconos de gradu suo removendos non esse; sentit Turrianus lib. 2. de dogmatib. charactericis, §. Ad hanc obijcent. Eleganter Boverius de Repub. ecclesiastica, p. 2. lib. 2. cap. 10. §. A' subdiaconatu. fol. 377. Aliter potest responderi cum Buroe, tom. 3. anno 314. nn. 88.

Ibi, Protestati sunt. De materia p- 7  
testationis an,  
& quando tollatur per factum contrarium, quo-  
modo, & in quo loco sit facienda, quales effe-  
ctus operetur, & qualiter finiatur? Vide latissi-  
mè per Felin. in cap. Cum M. de constitutionibus, à  
nn. 27. usq ad fin.

In Glossa, verbo, Diaconi. 8  
Observat Glōssā à primordijs Ecclesiæ nunquam licuisse presbyteris, aut constitutis in sacris, contrahere, id est in Ecclesia Latina, quām Græca semper observavit; sed in hoc Orientalis Ecclesia à Romana recessit, quod cum Ecclesia Romana conjugatos ad sacros ordines non admittat, Orientalis permittit eos ordinari; & contracto ante ordines uti conjugo, ordinatos postea contrahere non permisit. Probat textus sic explicandus, in cap. Cum olim, de clericis coniug. Vbi Innoc. communiter recept. D. Thom. & communiter Theologi, in q. dist. 38. q. 1. art. 1. Sylvest. in verbo, Matrimonium 8. q. 12. D. Anton. 3. p. viii. cap. 8. Ledeſma in 2. 4. q. 53. art. 3. Additio posita ad cap. Presbyteris, nu. 2, supra, dist. 27. & in cap. Aliter, infra, dist. 31. ubi Quidam sacerdotem

CAP.

## CAP. Presbyter. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Neocœsariense quando celebratum?
- 2 Presbyter ducens uxorem an deponatur?
- 3 Clericus an tantum committat simplicem fornicationem?
- 4 Contraria opinio verior.
- 5 Clericus publicè punitur, quando publicè peccat.

## I N superscriptione, ibi, Ex Cōcil. Neocœsariensi.

Concilium hoc Neocœsariense posterius est Ancyra Synodo, non tamen longo temporis intervallo: utriusque interstutus quidam insignis vir Basilius nomine, Amasię Episcopus, sub Licinio Cæsare martyrio coronatus, teste Eusebio in Chronikis, anno 320. Plinius lib. 6. cap. 3. meminit civitatis Neocœsariensis, meminit etiam Ptolemaeus in prima tabula Asia, quæ continet minorem Asiam in provincia Cappadociæ; Synodo huic interfuerunt 17. Episcopi, à quibus editi sunt 14. Canones, quos sexta Synodus approbavit Can. 2. Fuit hoc Concilium celebratum sub Eusebio, vel Melchiade Papa, refertur 1. tom. Concil. fol. 315. Attamen Baron. tom. 3. ar. n. anno Christi 314. post med. fol. 128, ait fuisse celebratum sub Sylvestro I. quem videbis, & ibi, vers. Presbyter, verba nostri textus refert.

**Ad textum.** Probat textus, quod presbyter ducens uxorem deponatur ab ordine. Hodie vero si constituti in sacris matrimonium contrahant, excommunicationem incurront. Clem. eos, de consanguinitate. Insuper suspecti sunt de fide, & in eos possunt inquisidores animadvertere, Palatius in cap. Per vestras, §. 18. nn. 26. vers. Ex quo. Bernard. Diaz in tract. cap. 74. alias 80. vers. Redditur, Simanchas de catholicis, cap. 40. nn. 12. Penha ad Director. 2. p. comment. 74. vers. Atq. Paramus de origine inquisitionis, lib. 3. quest. 10. nn. 75. & nn. 98. Carolus de Graffis de effectibus clericatus, effectu 5. nn. 4. Farinae. de hæsi, quest. 183. nn. 72. & seqq. quod etiam in monachis procedit juxta supra citatos. Vide etiam posita ad cap. Decernimus, nn. 3. supra, hac eadem dist.

**Ibi, Fornicatus fuerit.** Ergo clericus simplicem tantum fornicationem committit, adverbit Decius, post alios, in cap. At si clerici, nn. 37. de iudicij. Clar. lib. 5. receptarium, §. Fornicatio, nn.

18. & 5. Incestus, nn. 1. vers. Sed nuncquid. Averdan. l. 9. Tauri in Glossa 10. nn. 10. Gutierr. Canon. lib. 2. cap. 7, nn. 44. per textum in cap. Quia circa. de bigamis. Vnde hæc circumstantia non erit necessariò confitenda, ut tenet Tabien. votum I. nn. 3. notabil. 2. supplementum Gabrielis in 4. dist. 24. quest. Vnic. art. 3. vers. Hinc oritur dubium, & dist. 28. quest. 1. art. 3. s. Circa nunc dicta, Germon. tractat de matrim. alphabeto 25. littera I.

Contraria tamen opinio certissima est; quia cum in fornicatione presbyteri adsit una obligatio ad temperantiae virtutem pertinens, altera ex yoto pertinens ad religionis virtutem, dicendum est duas esse obligationes specie diversas, ac proinde in transgressione duplē reperiri malitiam. Quare supra citati D D. dum dicunt lapsum clericū cum soluta esse simplicem fornicationem, debent intelligi non esse tamē fornicationem adulterium, ut nonnulli volebant, si autem intendant excludere malitiam sacrilegij, falsum dicunt; prosequitur late Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 13. cap. 12. quest. 6. ad fin. Sanches tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disp. 27. nn. 20. & 21. Suarius tom. 2. de religione, lib. 2. de materia voti, cap. 6. num. 12. Nec obest dict. cap. Quia circa; nam usus concubinæ in clero vocatur ibidein simplex fornicatio in ordine ad bigamiam inducendam, pro ut distinguitur à copula maritali, juxta cap. Nuper, codem iste, non tamen dicitur simplex ad excludendam malitiam contra religionem, Suarius dict. nn. 12.

**In Glossa, verbo, Ad poenitentiam, ibi, Sed illud verum est.** Meminit Glossæ Gregor. Lopez part. 1. tit. 4. l. 20. Glossa ult. qui per illam dicit clericum posse publicè puniri, quando culpa prodit in publicum.

## CAP. Quia sunt. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Gregorius quis fuerit?
- 2 Mulier quemcum diacono contraxerat, se postea nubat est separanda.
- 3 Culpa est, relaxare aliquando vindicta.
- 4 Vxor consentiens quod vir ad ordines promoveatur, eo mortuo non potest nubere.
- 5 Ab extremis colligitur medium.
- 6 Vxor viri promoti ad sacrum ordinem non tenetur religionem ingredi.
- 7 Doctores qui Glossam interpretantur.

**I**N superscriptione, ibi, Gregor.

De quo vide posita ad cap. de Constantinopolitana. Intra, dist. 22.

**Ad textum.** Inquit Gregor. mulierem, quæ cum diacono

contraxerat, si postea relicto diacono, secundas ineat nuptias, ab illis esse separandam, in quo plane supponit matrimonium illud cum diacono valuisse, alias non erat à secundo marito separanda; quæ doctrina est contra jura hac distinctione posita. Vide D.D. varie dicunt, non tamen nodum solvunt Gordianum. Quare textus venit intelligendus de uxore diaconi, quæ ducta erat ante sacram ordinem, licet p̄ prius conjugium p̄ susceptionem sacri ordinis, quoad torum esset dissolutum, quoad vinculum stabat, & sic non potuerat valide cum secundo contrahere, & ab illo debebat separari. Nec ostabit verbum, vidua, de quo in cap. Si quis vidua, infra eodem. Nam verbum illud, vidua, idem est quod reflecta, ut ibi interpretatur Archidiaconus, ita in effectu intelligit noster Gratianus, in cap. de Syracuse, §. Etce, in secunda solutione, infra, hac eadem dist. poterit etiam textus intelligi de uxore, cuius licentia vir ad ordines sacros promotus est, quæ viro defuncto non potest inire matrimonium, juxta notata ad cap. Sequens, nu. 2.

**3** non Ibi, Relaxare vindictam. Nota statuentem, quod sunt casus in quibus est culpa relaxare vindictam, videlicet cum in Domini redundant injuriam, vel si timetur perturbatio in futuro, aut multi corrumpuntur, & inficiuntur exemplo criminis; quia facilitas veniae tribuit multoties occasionem delinquendi; notant D.D. in praesenti, & sane quavis (teste Seneca in trag. 1.) Sæpe vindicta obfuit, nemo ibit iniicias, plus aliquando documenti afferre nimiam vindictæ remissionem, & in flagitijs impunitatem.

**4** In vers. Ideo, ibi, Ij, qui male sociati sunt, disiungantur. Ergo uxor conscientia, & consentiens, quod vir ad ordines promoteatur, non potest eo mortuo matrimonium contraherere; de quo vide Ochogaviam de Sacramento matrimonij, q. 53. nu. 8. Sanchez tom. 2. de matrim. lib. 7. disp. 40. à nu. 2. An autem si de facto contrahat, sic irritum matrimonium? Vide AZOT. moral. inst. lib. 13. cap. 14. q. 11. Sanchez, ubi proxime, qui titer p̄ late esse irritum comprobant. Adde posita ad cap. Sequens, nu. 2. & seqq. & ad cap. Seriatim, nu. 5. infra, dist. 32.

**5** In Glossa, verbo, Nec eam, in principio. Dicit Glossa, quod ab extremis colligitur medium, unde si esset incertitudo de limitibus intermedijs, extrema

autem essent certa, accepta chordula debet mensurari de uno extremo certo ad aliud certum, & media debent regulari p̄ ista extrema. Greg. Lopez part. 6. tit. 15. l. 10. Glossa, Mojones antiquos, qui textum refert. Felic. in cap. Licet, nu. 8. ad fin. de probat.

**Vnde Glossa, verbo, Religiosam, ibi, Nec enim credo.** Dicit Glossa. quod ex illius qui p̄ moveretur ad sacrum ordinem, non tenetur ingredi religionem, sed sufficit, quod moveat continentiam, de quo vide Gregor. Lopez part. 5. tom. 6. l. 38. Glossa penult.

In Glossa, verbo, Fuisse, ibi, Non possit nubere. Ultra posita ad textum, vide Greg. Lopez d. part. 1. tit. 6. l. 40. Glossa 3. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 40. nu. 6.

**CAP. Si se cuiquam. XI.**

**Concilium Aurelianense primum quando celebratum?**

**2** Uxor presbyteri si alij nubat, debet separari.

**3** Sotus reprobatur.

**4** Ratio propter quam non valet matrimonium uxoris, post sacros ordines mariti.

**I**N superscriptione, ibi, Ex Concilio Aurelianensi. Fuit celebratum circa tempora Hormisdæ Papæ, jussu Clodovæ Reginæ Franciæ; cui interfuerunt triginta & tres Episcopi, refertur 2. tom. Concilior. fol. 361. Fuit p̄ provinciale Aureliæ Galliæ Celticæ, quæ urbs est insignis, olim Genabū dicta, ad Ligerim amnem sita, cuius cræbra fit mentio in Comentarijs Celsaris; est hodie ducalis, vulgo, Orbans, dicta. Vide Padilham in Epitome Concilior. qui ait fuisse Concilium Aurelianense celebratum anno Dñi 496. sub Gelasio I. attamen Baron. illud retulit sub Symacho Pontifice, anno Christi 507.

**Ad textum.** Collige ex textu uxorem presbyteri, aut diaconi, si alij se conjunxerit, debere separari. Ratio est, quia uxor, cuius licentia, vir ad ordines sacros est promotus, nequit viro defuncto validum inire matrimonium, ut tenent Hostiens. in cap. Ad Apostolicam, nu. 1. de conversione conjugatorum. Ioannes Andr. in cap. Cum sis, ad fin. eodem tit. & ibi. Anton. nu. fin. Francus in cap. Unico, nu. 3. de voto, lib. 6. gradit

tradit indubitarum Azor. lib. 13. institut. moral. cap. 24. q. 11. Plures refert Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 40. num. 2. & 3. Vide etiam posita ad cap. Quia sunt, nu. 1. supra eodem, & ad cap. Seriatim, nu. 5. infra, dist. 32. An ad hoc sufficiat uxoris dissimulatio? Dicam cap. Episcopus 5. nu. 7. distinct. 77.

### In Glossa, verbo, Separantur, ad med. ibi, Secundum quosdam.

Aliqui antiquiores senserunt uxorem, quæ voto castitatis emissio, licentiam concessit viro ordinis sacri assumendi, non reddi-inhabilem ad matrimonium incundum; sed solum peccare contra votum; quos fecutus fuit Sot. lib. 7. de just. q. 5. art. 3. col. 6. vers. Quod cum verum sit, quæ tamen opinio improbabilis est, juxta notata in textu.

### In eadem Glossa, in fine. Docet Glossa

legitimam rationem propter quam non tenet matrimonium uxor, post sacros ordines mariti, eam esse, quia ecclesiastica constitutio, ob reverentiam ordinis assumpti reddidit uxorem ad subsequens matrimonium inhabilem; sequitur Hostiens. in summa. tit. de voto, nu. 18. vers. Igitur si conjugatus, inclinat Azor. lib. 13. instit. moral. cap. 14. q. 11. comprobat Sanches de matrim. dict. lib. 7. disp. 14. nu. 3. ad fin.

### CAP. Si qua vidua. XII.

#### S V M M A R I V M .

- 1 Martinus Pontifex primus quis fuerit?
- 2 Uxor presbyteri redditur inhabilis ad matrimonium licet conscientia juris.
- 3 Verbum, nunquam, non semper denotat perpetuitatem.

**I**N superscriptione, ibi, Ex Cōcil. Martini Papæ. Intellige de Martino nomine primo, quia usque ad tempora Gratiani, nullus alius Martinus Concilium iniuit; coegerit namq; Synodus Lateranensem, de quo vide posita ad cap. 1. supra, dist. 27. Et sicut illi in

**Ad textum.** Inquit Martinus viduam Episcopi, presbyteri, aut diaconi, non posse maritum accipere; de quo vide posita ad cap. Quia sunt, & ad cap. 30. se, supra eadem dist. Sed qualiter est an uxor eorum redatur inhabilis ad matrimonium incundum, quando non fuit conscientia juris redditis eam inhabilem? Partem negativam tuequit Hostiens. in

cap. 1. de conversione conjugat. &c in summ. eodem tit. nu. 3. Ceterum in repetitione, cap. Ad limina, §. 4. nu. 469. Contrarium docet Bonaventura in 4. dist. 37. in expositione littera. Gregor. Lopez part. I. m. 6. l. 40. Glossa 3. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 40. nu. 7. quæ opinio verissima est.

**Ibi, Nunquam.** Hoc est dum perse-  
veraverit in crimi-  
ne, & ita verbum, Nunquam, non semper deno-  
tat perpetuitatem, juxta notata in cap. Nunquam,  
24. ubi Glossa, Verbo, Nunquam, i. q. 1. concordat.  
Glossa 2. in i. Si hereditatem, ff. mandati.

### CAP. De Syracusanæ. XIII.

#### S V M M A R I V M .

- 1 Pelagius Pontifex primus quis fuerit?
- 2 Differtur ordinatio Episcopi, qui uxori rem habet.
- 3 Episcopus qualis esse debet?
- 4 Posset providere consanguineis si indigneantur.
- 5 Orientalis Ecclesia an suscepit votum castitatis?
- 6 Electus an habeat ius ante confirmationem?
- 7 Glossa Gratianum reprehendit:

**I**N superscriptione, ibi, Pelagius Cethego patricio. Licet Gratianus doceat nostrum textum emanasse à summo Pontifice Pelagio, non tamen aperit utrum fuerit nomine primus aut secundus; sed cum scribat ad Cethegum patricium, verius existimo fuisse Pelagium primū, namq; Cethagus patricius fuit missus à Iustiniano Imperatore ad revocandū Vigilium Papam, tradit Baron. 7. tom. annal. anno Christi 552. ad media. Cui Vigilio succedit in pontificatu Pelagius primus, creatus anno Christi 558. ut tradit idem Baronius, erat patria Romanus, Patre Ioanne Vicario, eo tempore Totila Gothoru Rex Italiam invadens, propter saevitiam, & rabiem flagellum Dei, est vocatus. Constituit Pelagius, ut heretici coepceri faciliari manu possent, quando ad sanitatem rationibus non deducerentur, uterrid Platina in eius vita, Irritans reddit Synodum Constantinopolitanam à Ioanne congregatam, & in ipsum Ioannem surrexit, qui sibi arbor gaverat nomen Ecumenici. Vide Baron. 7. annal. anno Christi 626. Pelagius autem 12. sui pontificatus anno moritur, & in Basilica Divi Petri sepelitur. non incolitur. Obituaria

**2 In textu.** Collige ex textu debere differenti ordinacionem Episcopi, qui uxorem habeat, & filios, quia per filios Episcoporum solet perficitari substantia Ecclesiarum. Vnde Innoc. in cap. 1. de testamentis; quem ibi defendit Panormitanus, num. 2. affirmit non posse de jure communis habentem filium eligi in Episcopum. Quanvis Hostiensis communiter receptus contrarium tenet, cuius opinionem usu esse receptam, testatur Navarr. de spolijs clericorum. §. 19. n. 2. quem latissime vide. Pelagius vero in presenti, dum clericum conjugatum Episcopum consecrari permittit, non ei coniugis usum indulget, ut bene advertit Boverius de Repub. ecclesiastica, part. 2. lib. 2. cap. 10. §. Sextum dictum, fol. 387. Adde posita ad cap. Quoniam, num. 6. infra, dist. 31.

**3 Ibi, Personæ qualitas.** De qualitatibus Episcoporum vide Concil. Trid. ses. 22. cap. 2. Salzedo in additionibus ad Bernard. cap. 25. vers. Et non solum, de quo vide posita ad cap. Quis Episcopus 2. nn. 1. & ad cap. Episcopus 7. n. 2. & seqq. supra, dist. 23. & intra quantum tempus debeat consecrari, vide eundem Salzedo, cap. 26. vers. Episcoporum Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 30. in principio.

**4 In fine textus, ibi, De rebus usurpare.** Ergo licet Episcopus non possit relinquere, nec dare filios, & consanguineis, si tamen indigent, illis potest subvenire, quia verbum, *Usurpare*, tantum denotat vitiosam operationem.

**5 In §. Esse hac authoritate, inv. Illud autem, ibi, Post adeptū sacerdotium.** Docet Gratianus, quod licet Orientalis Ecclesia non fascipiat votum castitatis, tamen potest adeptum sacerdotium, defuncta priori uxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, depunitur; prosequitur late *Castrus adversus heres*, lib. 13. verbo, sacerdotium, vers. Quarta heresis, post medium. Adde posita ad cap. penult. & ultim. infra, dist. 31.

**6 In Glossa, verbo, Præstiterunt, ibi, Ante confirmationem.** Docet Gratianus quod ante confirmationem, nullum ius queritur electo, quantum ad exercitium administrandi in spiritualibus, vel temporalibus, quia istud exercitium queritur in confirmationem, sequitur Felic. in cap. *Cum Beroldus*, n. 2. de re judicata, qui late rem disputat.

**7 In Glossa ult.** Reprehendit Glossa Gratianum afferentem Ecclesiam Orientalem non recepisse votum

continentiae in clericis. Tu pro Gratiani defensione, vide posita ad cap. Quoniam, infra, dist. 31.

### CAP. Siquis docuerit. XIV.

#### S V M M A R I V M .

- 1 *Apostolorum tempore, an conjugati sacerdotes matrimonio uterentur?*
- 2 *Uxorius usus sacerdotibus interdictus.*
- 3 *Textus noster intelligitur.*

**I N textu.** Collige ex textu tempore Apostolorum, conjugatis ad sacram ordinem cooptandis, usum anterius matrimonij permisum esse, quam opinionem defendit Clithoveus de continentia sacerdotum, cap. 4. & seqq. illa quoque tribuitur Henrig. de ordine, cap. 14. §. 7. vers. Eodem statuo, ubi referens statutum Syrici Papæ inquit, quod eodem cavitur, ut conjugati qui lacris sunt initiandi, renuntient uxoribus. Fundamentum est quia, Apostoli ministris egentes, cogebantur philosophos sibi adsciscere; cum vero omnes fere conjugati essent, durum erat virum conjugatum ab uxore dimovere; & hos conjugatos ministros elegabant absq; continentiae voto: Citatur etiam p; hac opinione Canon Apostolorum 25. ibi. Qui cœlles in clericum pervenerint, ubi efficaciter probari videtur ab Apostolis continentiae præceptum solum illis, qui cœlibes erant, fuisse indictum.

Contrariam tamen opinionem, nempe quod circa Apostolorum tempora, cunctis fuerit sacerdotibus uxorius usus interdictus, tenuerunt Sot. lib. 7. de just. q. 6. art. 2. conclus. 3. Covar. in 4. Decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nn. 1. Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 18. & 19. eandem nico iudicio tenet Henrig. de matrim. lib. 12. cap. 5. §. 9. nam aperte dicit Apostolos decenter statu, ut Episcophi sacerdotes, & diaconi cœlibes essent; p; quibus facit authoritas ad Tit. cap. 1. nn. 9. Oportet Episcopum esse continentem, quod verbum plus significat quam castum, ut ibi explicat D. Hieron. Faciunt insuper variæ antiquorum Patrum authoritates, quas recensent Bellarmin. d. cap. 19. col. 4. Sot. 6. conclus. 4. quorum opinio nihil verissima est. Cum vero Apostoli Spiritu Sancto edocti, necessariam esse Ecclesiarum continentiam prospicerent, fatendum est illos docuisse non nisi continentes ministros esse suscipiendos.

Nec obstat nosler textus in presenti dum statuit, ut presbyter uxorem suam prætextu religionis non ejiciat, solum namq; prohibet sacerdotes sic uxores condemnant, ut eis, liberisq; & familiæ, non provideant; sed debent adhuc eas audeat, & alimenta præstare. At vero extra contemptum communitorum ex ambozum consen-

consensu abstineat; advertit *Sotus d. conclusione 3.* vers. *Sed est præterea.* *Bellarmin. d. lib. 1. de clericis, cap. 21. col. 2. vers. Ad primum,* quos præivit *Glossa in praesenti,* verbo, *Contemnere.* Minus obstat alter *Canon Apostolorū 25.* solum enim disponit, quod de illis, qui cœlibes in clerum pervenerunt, tantum lectores, & cantores, si velint, nuptias contrahant; explicat *Covar. in 4. part. 2. §. 3. in principio.* Adde posita ad *cap. Aliter, nu. 6. infra, dist. 31.*

## CAP. Si quis discernit. XV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Concilium Gangrense quando celebratū?*
- 2 *Cœlibatus an sit de jure divinu?*
- 3 *Pontifex an possit dispensare cum clericis, ut matrimonium inceant?*

**I**N superscriptione, ibi, In Concilio Gangrensi. De quo vide posita ad cap. *Quoniam, nu. 8. supra, dist. 16.* & quæ infra dicemus in principio distinct. 30. Fuit hoc Concilium congregatum contra Eustachium Episcopum Sebaliensem, qui aliquos errores in Armenia docuerat; affiebat inter alia, nullum in conjugali positum gradu, posse spem habere apud Deum. Inde factum est, ut multæ malieres sequerentur Eustachium, & discipulos eius, reliquerint proprios viros, & viri reliquerint proprias uxores. Hac igitur ratione latus fuit Canon in praesenti contra eos, qui nolebant missam sacerdotis conjugati audire: tradit *Vasquez de ordine, disp. 247. cap. 5. nu. 50. & 51.*

**2 Ad textum.** Ex hoc textu colligit *Castrius adversus heres, lib. 13.* verbo, *Sacerdotium, vers. Quarta heresis,* ad finem non esse ex lege divina necessarium cœlibatum ad sacrorum ordinum susceptionem. Contrarium tamen docet *Ioannes Maior. in 4. dist. 24. q. 2.* ubi putavit de jure divino esse cœlibatum, quia votum sacerdotum solempne erat, ac proinde indispensabile. Sed opinio *Castrii,* mihi arridet, eamque tenet *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11.* & post *Sotum, & Caietan.* latè tuetur *Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 18.* *Vasquez de ordine, disp. 249. cap. 2.* & seqq. Probatur hæc opinio quia, in tota scriptura nullum tale extat præceptum. Nam in testamento veteri sacerdotibus licitum erat uxores ducere. In novo autem nihil de hac re disponitur. Quod autem Apostoli cœlibatum præcepit, non divinum, sed Apostolicum est præceptum.

Ex qua doctrina videtur constare posse Roman. Pontif. generali statuto cavere, ut omnibus clericis licitum sit conjugium; ita opinatque *Sot. lib. 7. de just. q. 6. art. 2. pag. 2. ad medo. Henr. riquez de Sacramento ordinis. cap. 14. §. 8.* quia tamen hoc statutum sic generale graviter offendet Ecclesiam, & esset scandalosum, non acceptaretur, cum Ecclesia à tempore Apostolorum habeat ius conservandi splendorem continentem in statu clericali, ut ex alijs probat *Henr. d. §. 8. littera T.* Ex causa tamen poterit cum quadam natione ad usum matrimonij contratti dispensare, ut per *Henr. d. §. 8. littera V.* ubi dicit ita fuisse petitum à Beémis in Concilio Trident. *Ledesma 2. 4. q. 55. art. 3. §. Sed est dubium.* *Vasquez de ordine, disp. 249. cap. 3. ex nu. 21.* *Filiucus Moralium questionum, tom. I. tractatione 9. cap. 3. nu. 69.* qui refert *Bellarmin. de clericis, lib. 1. cap. 9.*

## CAP. Presbyterum. XVI

S V M M A R I V M.

- 1 *Canones Trullani non habent firmam authoritatem.*
- 2 *Debet abstinere ab officio presbyter nuptijs detentus.*
- 3 *Episcopus aliquando dispensat in irregularitate.*
- 4 *Propter nuptias prohibitas ex ignorantia, an incurritur irregularitas?*
- 5 *Suspensus an privetur beneficio?*
- 6 *Suspensus ab officio potest eligere.*
- 7 *Sacerdos suspensus tenetur recitare horas Canonicas.*

**I**N superscriptione, ibi, In Trullo. Textus noster est ex Canonibus Trullanis, qui non habent firmam authoritatem, maximè quoad materias morales, in quibus multa continent juxta usum Orientalis Ecclesiæ, quæ in Latina non sunt in usu. Advertit *Suar. tom. 5. de censuris, disp. 49. sect. 2. nu. 8.* *Azor. instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 16. §.* Hinc factum est, ubi citat *Capnum, Umbertum, Platinam, & Paulum Diaconum,* asserentes illos Canones non habere canonica, & ecclesiasticam auctoritatem.

**Ad textum.** Collige ex illo, debere abstinerre ab officio presbyterum non legalibus nuptijs detentum; proficitur *Salzedo in additionibus ad Bernard. cap. 80.* in verbo, *deponi, post principium,* qui nostri textus meminit.

**3 Ibi, Satisfactionis.** Peracta tamen satisfactione, poterit Episcopus cum eo dispensare in officio, & beneficio, ut tradit *Gregor. Lopez* part. 1. tit. 6. l. 41. *Glossa* 3. qui textum refert, eum tamen limitabis, nisi ex matrimonio contracto clericus bigamiam incurrisset; quia tunc solus Papa potest dispensare, ut cum *Navarro* observat *Petrus Alagona* cap. 27. nu. 197. *Avila* part. 7. disp. 8. dub. 4. *Egydius de censur.* disp. 18. dub. 14. nu. 110. Qui tamen advertunt Papam non nisi raro, & ex gravi causa dispensare in bigamia vera, & reali.

**4 Ibi, Ignorantiæ suæ.** Ergo propter nuptias prohibitas ex ignorantia factas, non incurritur irregularitas, sed tantum quædam suspensio imponitur, ut ex hoc textu nonnulli deducunt, ut per *Archidiaconum* in cap. *Vnico de bigamis*, lib. 6. nu. 1. vers. *Bigamos*. Contrarium tamen tenendum est, cum hæc irregularitas non contrahatur propter culpam, sed propter indecentiam; nec refragantur verba textus, ibi. *Nuptias non legales*, quia possunt interpretari non de secundis nuptijs, sed de quibuscum à presbyteris contractis. Omnes enim sunt prohibitæ. Ita *Suar. 5. tom. de censuris*, disp. 49. sect. 2. nu. 8.

**5 In Glossa, verbo, Habere, ibi, Beneficium tenebit.** Et ita suspensus non privatur beneficio; de quo latè *Suar. 5. tom. de censuris*, disp. 25. sect. 3. nu. 2. Quod limitatur non procedere in suspensi ab officio ex causa gravi; *Glossa* in cap. *Presbyter si à plebe, verbo, suspendatur* 2. quest. 5. Cui similis in *Clement. Cupientes*, verbo, *suspensi*, de pœnis, in fine, plures relati à *Tiraq. in tractatu, Cessante causa*, 1. part. nu. 24. per textum in cap. *Inter*, ibi, *Propter immanitatem criminis, de purgatione Canonica*. Sed profecto hæc limitatio licet communis sit, nullo tamen jure probatur, quoniam certum est suspensionem ab officio, non esse extra suos limites extendendam; quia ut ait *Glossa*, dicto verbo, *suspensi*, cum aliquando suspensi fiat ab officio, aliquando ab officio, & beneficio, superflue adderetur secunda pars, si in prima includeretur; probat *Bonifacius* in dict. *Clement. Cupientes*, de pœnis, nu. 35. *Navar. in Manual. cap. 27. nu. 161*. *Suar. dict. sect. 3. nu. 3. ad fin. & seqq.* Nec obstat fundamentum cōmune, ex d. cap. *Inter, de purgatione Canonica*; solum enim evincit infamatum de gravi crimine, non modo ab officio, sed etiam à beneficio posse suspendi; sed non ex inde sequitur, quod suspensus ab officio, censeatur suspensus à beneficio. Poterit tamen defendi illa limitatio, si suspensi ab officio sit perpetua; ut tradit *Toletus in summa*, lib. 1. cap. 45. nu. 7. Suspensus tamen ab officio non poterit distributionibus quotidianis, quia solum dantur interessentibus divinis, cap.

Licet, de prabendis, à quibus tamen suspensus ab officio est separatus, docet *Bartholomaeus*, post *Hortensio* in cap. *Cum bona, nu. 10. de etate. Suar. d. 5. tom. de censuris, disp. 26. sect. 3. nu. 4.*

**In eadem Glossa, ibi, Intererit electionibus.** Tenet *Glossa*, quod suspensus ab ordine potest eligere, quia eligere ad jurisdictionem spectat; licet enim non sit omnino propria jurisdictione, est tamen administratio quædam, quæ convenit ratione beneficij; tradit *Suar. de censuris*, disp. 26. sect. 4. nu. 5. *Toletus lib. 1. cap. 45. nu. 8.* licet contrarium tueatur *Glossa*, verbo, *suspensis*, in principio, & D.D. communiter in cap. *Cum dilectus, de consuet. Decius*, post alios; in cap. *Apostolicae*, nu. 6. de except. Nec illis suffragatur textus in dict. cap. *Cum dilectus, vers. Quia nobis*, dum irritat electionem à suspensi factam, quia debet intelligi de suspenso non solum à beneficio, sed etiam ab officio, sentit *Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 163*.

**In Glossa ult. ibi, Imò ad hoc tenetur.** Et sic sacerdos excommunicatus, vel suspensus, tenetur dicere horas Canonicas, quia non suspenditur ab officio ecclesiastico, quatenus est oneris, sed quatenus est honoris. *Decius* in d. cap. *Apostolicae*, in fin. de except. *Covar. in cap. Alma*, 1. part. §. 3. nu. 8. *Navar. cap. 7. nu. 17. Sylvest. verbo, Hora, quest. 3. Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 9. *Suar. de censur. disp. 12. sect. 2. nu. 14.* Vtrum vero clerici damnati ad trimes teneantur recitare horas Canonicas. Respondet *Lessius*, citatus, usum esse in contrarium. Quod triplici probat ratione, quam ibi vide. *Suar. tamen, lib. 4. de relig. cap. 17. nu. 8. Azor. lib. 10. cap. 6. q. 1. contrariam tenent sententiam.**

## CAP. Consulendum. XVII.

### SUMMARIUM.

**1 Consultum Bulgarorū ad Nicolaum pri-**  
**mum.**

**2 Clericos non judicant laici.**

**3 Laici an possint eycere sacerdotem con-**  
**cubinarium?**

**I**N superscriptione, ibi, *Nicolaus ad consulta Bulgarorum.*

De hac consultatione Bulgarorum ad Nicolaum primum, agit latè *Baron. tom. 10. annal. anno Christi 866. in principio*, atq; verba nostri textus referuntur 3. tom. *Concil. sub rescripto Nicolai 1. fol. mihi 517. & de ipso Nicolao vide qua-*

*scripsi.*

*Scripsimus ad cap. Imperium, nu. 1. supra, dist. 10.  
Adde circa textum Vasquez de Sacramento ordinis,  
disp. 247. cap. 5. nu. 51. in fine, & 52. in princip.  
& cap. 6. nu. 87. Sanches de matrimonio, lib. 7. disp.  
28. nu. 6.*

**5** **Ad textum.** Collige ex textu non posse laicos de clericis judicare, nam nullus judex potest judicare personas, quæ ad illius potestatem, vel jurisdictionem non spectat; & in quibus non judex, quin immo privatus existit; *cap. Forus, vers. Iudex dictus, de verborum.* Vnde si clericus apud judicem laicum falsò testificatur ab eodem, ut potè incapaci, puniri non potest, ut est communis opinio; de qua per *Ripam in cap. 2. nu. 26. de judicijs,* & plures relatos à *Covar. practicar. cap. 18. nu. 8. Bernard. in pract. cap. 93.* ubi Additio, multos citat ex novioribus, qui, & communem, & praxi receptam sententiam dicunt.

**Ibi, Dei jcere non debetis.** Imò  
vide-  
tur, quod licitum erat laicis ejcere sacerdotem  
cōcubinarium, quia talibus est licitū obedi-  
tiam subtrahere, *cap. Vestrā, de cohabitatione cleri-  
corum*, ubi dicitur quod laici licitè possunt absti-  
nere ab officio talium presbyterorum, sed res-  
pondetur quod aut clericus est concubinarius  
notoriè, & tunc procedit objectio; aut est oc-  
cultus, & tunc non est licitum ab eis abstinere,  
ut aperte colligitur ex *d. cap. Vestrā*. Verbum  
autem, *uxorem*, de quo in textu, non uxor de  
jure, sed de facto debet intelligi. Adde posita  
ad *cap. Nullus Missam, infra, dist. 32.*

## DISTINCTIO. XXIX.

## CAP. Sciendum. L.

SYMMETRIVM.

- 1 Contrarietas Canonum, quomodo reducatur ad concordiam?
  - 2 Confessio in judicio sine deliberatione, potest revocari.
  - 3 Labyrinthus quid sit?
  - 4 Sententia lata sine indagatione veritatis est nulla.

**A**D textum. Collige ex textu, quomodo cōtrarietas Canōrum possit reduci ad concordiam, nempe ratione causæ, personæ, loci, & temporum? Namque per has quatuor considerationes possunt solvi Canones inter se pugnantes, & leges hac varietate mutari, ut tradit.

**Covar.** in cap. *Alma*, 2. part, in initio, nn. 1. quite  
tus meminit.

**Ibi, Non indagantur.** Per hunc 2.  
textū te-  
net Decian. responso 8, nū. 106. quod confessio in  
judicio ex abrupto, & absq; deliberatione facta  
potest quandocumq; revocari, etiam non do-  
cto de errore, quia ut talis confessio possit no-  
cere, nec possit revocari, debet dari tempus ad  
deliberandum, vide in simili Felin. in proæmio de-  
cretalium, nū. 2.

Ibi, Labyrinthum. Idest confusio-  
nem, & intri-  
cationem, quoniam Labyrinthus fuit fabulosa  
domus à Dédado adinventa, labyrinthus dicta,  
quia multa habebat diverticula, ita quod vix  
poterat inde aliquis exire, de qua agunt Ovidius  
lib. 8. Metamorphoseon. Virgilius 6. Aeneid. ubi Pon-  
tanus, & Cerdas.

Ibi, Ante*judicant*, quam intel-4  
ligant. Nota quod *judicans* ante *indagatio-*  
*nem veritatis*, non dicitur *intelli-*  
*gere*, quod *judicat*. Vnde *judex*; qui *accipit acta*  
*causæ*, & *vespere*, & *mane* illa *judicat*, non di-  
citur *judicare* cum *investigatione veritatis*, &  
ideo *sententia* potest dici nulla, ut docet *Bart.*  
*in l. Prolatam, nu. 10. C. de sentent.* & *interlocut.* om-  
nium *judicum*, ubi *Additio littera N.* multa conge-  
rit. Adde *Alexand. cons. 123.* incipit *scripsit ecclesi-*  
*asticus, nu. 24.* facit *textus in cap.* Tum ex *litteris, de*  
*in integ. rest.* ibi, *Quando non plene de meritis ipsius*  
*causa videbatur instructus.*

## C A P. Regulæ. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Instante necessitate licitum est venire  
contra legem.
  - 2 In causa matrimonij testes consanguinei  
sunt idonei.
  - 3 Domesticus admittitur in testem favore  
Ecclesie.

**A**D textum. Nota ex textu quod in instanti necessitate, licitum est venire contra dispositiōnem Canonis, quod tamen est intellegendum, ne ex quolibet negotio inducatur dispensatio, sed quando subest causa legitima, juxta notata in cap. supra proximo, n. 1.

**In Glossa l. ibi, In causa matrimonij.** Docet Glossa, quod in causa matrimonij testes consanguitiei idonei reputantur. Socin. Iunior, cons. 79, nro. II. plurimis

referendo sequitur Grabiellib. communium, conclusione 13. de testibus nu. 14. Contrarium tenuit De cius cons. 133. nu. 4. & alij quos refert Farin. de testibus, q. 54. nu. 65. Sed primam opinionem veriorem existimo, ex ijs, quæ traditæ ipse Farinac. d. q. 54. nn. 191.

**3 In eadem Gloss. ibi, Domestici.**  
Et sic favore Ecclesiæ domesticus admittitur in testimonium, sequitur Glossam Mascard. de probat. conclusione 534. nu. 35. multos congerit Farin. de testibus, q. 55. nn. 91.

**C A P. Necessæ est. III.****S V M M A R I V M.**

- 1 Non omnibus communitatibus eadem leges conveniunt.
- 2 Medicus imperitus qua pœna puniatur?
- 3 Sacerdotes debent esse periti ad indicandas pœnitentias.

**A D textum.** Docet Hieronymus in præsenti, non omnibus cōmunitatibus, Rebus publicis easdem leges cōvenire, vel utiles esse. Tametsi omnibus conveniat, & proprium sit ratione, & jure ad iustitiae normam, & regulam institutas esse, qua de re sunt pulchra Aristot. verba lib. 5. Ethicorum cap. 7. prosequitur Covar. in cap. Alma, in initio nu. 3.

**2 Ibi, Imperiti medici.** Quia pœna puniatur medicus imperitus, ex cuius ignorantia mortuus est agrotus; dic quod extraordinariè debet puniri, ut tenet Ripa de peste, cap. 7. nu. 7. licet puniendū esse pœna homicidij affirmaverit Iacobus de Arenis, & alij, de quibus per eundem Ripam nu. 67. & seqq. qui late hoc disputat. Vide textum in l. Illicitas, q. Sicuti, ff. officio præsidis, & ibi, Corras. & Antonium Vacca? Si tamen infirmus dolo ipsius medici deceperit, tunc pœna mortis puniri potest; advertit Menoch. de arbitrar. centuria 6. cap. 58. nu. 3. quoniam cōsules & Reginaldum tom. 1. lib. 10. nu. 98. ubi citat Medinam in Cod. de rebus testit, q. 96.

**In Glossa, verbo, Collyrio.** Inducit Menoch. casu 391. nu. 3. ad sacerdotes qui in indicendis pœnitentijs sacramentalibus, bono medico & quiparatur, qui nō uno solo phar maço, omnibus morbis medetur, sed pro arbitrio suo varijs utitur remedij, ut sciat oleo, di vinea misericordia, vel vino divinæ iustitie pœnitentem lenire, desperantem erigere, pusilla-

nimem confortare. Paulus Fuschus de visitat. lib. 2. cap. 3. nu. 9. &c 42.

**DISTINCTIO. XXX.****S V M M A R I V M.**

**I Causa Concilij Gangrensis qualis fuerit.**

**I N principio distinctionis, ibi, Hæresis Manichæorum.** Firmat Gratianus causam Concilij Gangrensis fuisse hæresim Manichæorum; sed eum improbat Cardinalis Baronius tom. 3. Annal. anno Christi 361. nu. 57. vers. Sed, & quod. Ratio est quia hæretici in hoc Concilio damnati eleemosinas faciebāt, in quo ab ipso Manichæorum instituto alienos fuisse constat. Cum illi ex suæ ipsorum legis præscripto vetarent eleemosinas dari pauperibus. Postea tamen Gratianus defendi, si dicatur propriè Gangrense Concilium statuisse contra errores Eustathianorum, sed hos errores Eustathianos hausisse à Manichæis.

**C A P. Si qui filij. I.**

- 1 Gangrense Concilium quando celebra tum?
- 2 Filius religiosus an possit exire à monasterio pro alendo patre?
- 3 Filii tenentur honorare parentes.
- 4 Parentibus infidelibus an debeant filii subvenire?

**I N superscriptione, ibi, Gangrense Concilium.** Omnia capitula huius distinctionis, præter ultimum, fuerunt desumpta ex Concilio Gangrensi; quæ Synodus authoritate Romani Pontificis, Gangris civitate in Paphlagonia fuit congregata, adversus deliria Eustachij, qui multos Armeniae infecit monachos; hæc enim adeò favit monachismo, ut spreverit reliquos Christianorum ordines, & prætextu quodam sanctitatis, Dei Ecclesiam ferme fuisse demolitus, nisi citè securis Apostolica infatuos palmites facecidisset; de quo vide latissimum Baron. tom. 3. annal. anno Christi 361. num. 54. vers. ut longe, & sequentib. qui contendit non

Eusta-

Eustachium, sed Eutacum esse legendum. Vide scripta ad cap. Si quis discernit, num. 1, supra, dist. 28.

**2 In textu, ibi, Occasione Dei cultus.** Igitur filius religiosus etiam professus, pro alendo in gravi necessitate constituto patre, potest exire a monasterio; de quo late differunt D. Thom. Quodlibet. 3. art. 6. &c. 2. 2. q. 101. art. 14. ad quartum, & ibi Caiet. Sylvest. verbo, Religio. 2. q. 4. Angles in floribus theologicis, in quast. de voto, ex pag. 94. Cordub. de casibus conscientiae, q. 151. Pedræz in summ. in 4. precepto Decalogi, fol. 36. vers. Aqui se offre, & in 7. precepto, fol. 96. vers. La sexta. Medicos in summ. peccatorum, part. 1. tit. 3. q. 16. vers. Quinto. Iesu de justitia, lib. 2. cap. 41. dubit. 3. nu. 3. Si filius, Ioannes Maior. in 4. dist. 38. q. 2. Lopez in instrutorio conscientiae, 1. part. cap. 54. vers. Peccatq; filius, optimie Navarr. in cap. Nullam 18. q. 2. ex nu. 48. & in Manual. cap. 14. nu. 14. ubi etiam an filius peccet, qui monasterium ingreditur cum pater eius ope, & alimonia indiget? De quo etiam Angles, ubi supra, vers. Magna, Corduba, & Lopez, supra citatis locis, Lara in 1. Si quis a liberis, §. Item rescriptum, nu. 12. ff. de liberis agnoscendis Resolute peccare filium si ingrediatur monasterium existente patre in gravi necessitate. Ita D. Thom. dict. Quodlibet. quast. ult. art. 6. Iesu, ubi supra, nu. 34. §. Septimo, cum quo limitabis. Sairus in clavi Regia, lib. 7. cap. 6. nu. 1. Azor. 2. p. lib. 2. cap. 3. q. 5.

**3 Ibi, Debitum honorem.** Ergo filii tenetur honorare parentes, de qua materia agunt Navarr. in Manual. cap. 14. nu. 3. vers. Quinto. Simanc. de patre heretico, ex nu. 54. Menchaca lib. 1. Illustrum, cap. 37. nu. 5. Plaça de delictis, lib. 1. cap. 22. num. 10. Peres lib. 8. ordinam. tit. 9. l. 1. col. 1. Garcia de expensis cap. 3. nu. 26. alias congerit Cenedo Collectan. 20. ad Decretum, nu. 1. Vnde filios pro patribus mortem pati debere, tradit Menoch. lib. 3. presumptione 29. num. 19. Sic filius tenetur patrem bannum atere, ex eodem Menoch. de arbitrat. lib. 1. q. 90. nu. 45. Plaça de delictis, lib. 1. cap. 36. num. 4. & 5. An vero advocatus potius debeat advocare pro patris, quam pro patre? Vide Iason. in l. 1. §. Huius studij, nu. 14. ff. de justitia, & jure. An possit quis cogi testificate contra patrem? Tradit Menoch. eusq; 175. nu. 21. vol. 2. Grammat. decis. 45. nu. 16. & decis. 48. nu. 13.

**4 In Glossa I.** Docet Glossa parentibus infidelibus debere filios subvenire, de quo vide Abb. in cap. Si quis, nu. 2. de hereticis, Gregor. Lopez part. 1. tit. 23. l. 8. Glossa I. Padilha l. Ptaes. nu. 11. C. de servitut. Folerium in Constitutionibus Neapolit. in tit. de hereticis, nu. 4. qui de hac questione late differunt. Addit posita ad cap. Non satis, infra, dist. 86.

## CAP. Quæcumq; II.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mulieres non debent comam amputare.
- 2 Comam in mulieribus est signum pulchritudinis.
- 3 Quod limitatur in feminis religiosis. & num. 4.
- 5 Delentes arma depicta possunt puniri.

**I N textu.** Collige ex textu non debere mulieres comam sibi datam à Deo ad velamen, & memoriam subjectionis amputare, & præscindere; de quo vide Sylvest. verbo, Fæmina, nu. 3. qui textus meminit, post alios Tiraq. l. 1. Connub. Glossa l. p. 1. nu. 21. ad med. juvat tentatio Ambrosij lib. 6. Hexamer. cap. 9. ibi. Quam reverenda Casaries in feminis, quam veneranda in sacerdotibus, quam dulcis in pueris, quam speciosa in adolescentibus, quam competa, & necessaria in mulieribus. Nam quemadmodum in tota arborum pulchritudo in coma est, sic capilli fæminarū maxime honestant. Vnde minatur Isaias cap. 3. nu. 17. filias Sion exclamans. Decalabit Dominus veritatem filiarum Sion. Prosequuntur late Tertullian. de cultu muliebri. Clemens Alexandrinus lib. 3. Bedag. Cyprianus de disciplina, & habitu virginum.

Sic etiam apud authores profanos legimus 2 comam in mulieribus esse pulchritudinis signum, & ornatum. Apuleus de asino aureo, ait; ne ipsa Venus fæminarum pulcherrima ipsi Vulcano placere potest, si calva esset; Vnde dixit Ovidius in Arte.

Turpe pecus mutillum, tarpis sine gramine campus,  
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Sic Poeta Starlus lib. 1. Achil.

Niveo natac ignis in ore.

Purpureus, flavoq; nitet coma gratior auro.

Quod etiam Virgilius, non tantum fæminis, sed etiam Nymphis tribuit de ortu solis.

Aurea fulgebat roseis aurora capillis.

Vide late Mantuan lib. 8. de observatione observatione 76. Pineda in Iob, tom. 1. cap. vers. 30. num. 13. Vilhalpando in Epitome delictorum, in defensione, cap. 6. nu. 18. & seqq.

Intellige tamen textum de laicis mulieribus, non autem de religiosis fæminis, quæ Deo, & Ecclesiæ, dicatae sunt. Glossa in Clement. 2. de stat. regat, cuius rei rationem assignat D. Thom. super epistolam ad Corinth. cap. 15. quia virgines intrantes religionem assumunt penitentia lamentum, mulieres vero tempore luctus comam deponunt, ut post Senecam, tradit Vilhalpando in Epitome delictorum, in defensione, cap. 6. nu. 19. & 20. Alia ratio potest adduci; namq; coma symbolum est

est cogitationis, unde magno quidem studio à montibus cogitationes superflua amputandæ sunt. D. Gregor. lib. 5. moral. cap. 23. sic D. Augustin. in Psalm. 51. n. 4 explicans verba illa. sicut novacula acutæ fecisti dolum. Ecce quod faciunt (ait) sancti mali, capillos radunt; Nam ipsi capilli superflua rerum temporalium significant.

Potest etiam ceremonia hæc abscissæ comit, ad mortis votum, aut præviam animi præparationem referri namq. solebant morituri prius honoris insignia ne illo habitu morerentur, deponere, capillos præsertim, & capitis honorum, ut ex multis tradit Ioannes de Tineda in Job, tom. 1. cap. 1. vers. 20. n. 14. Adi Pontanu, & Cerd. ad illud Kixgilij H. Aeneid.

Nondum illi flayum Proserpina crinem

Abstulerat.

### Ibi, Memoriam subiectionis.

Ex his verbis dedicunt D.D. quod si castrum habeat arma depicta alicuius domini in signū subiectionis si deleantur illa arma, dicitur tolli subiectionem domino, & sic per dominum possunt vasalli tanquam rebelles puniri, nisi alter appareat de causa delendi. Faciunt, quæ tradit Bart. de his, qui se opponunt officialibus Principum, in l. Hosties na. 15. ff. de captiis, & post. limin. reversis.

### CAP. Si qua mulier. III.

S V M M A R I V M.

**I** Nuptiae sunt licite.

2. Mulier debet habitare cum viro.

3. Mulier an possit discedere à viro?

**I** N textu. Notat illum Orandus in 4. sententiæ, dist. 26, propositione 7. Per hæc, & illum adducit contra latianos hereticos affirmantes nuptias esse illicitas, & pares fornicationi, de quo vido posita ad cap. Siquis vituperat. dist. 31.

**I** Ibi, Discedere. Collige ex textu quod mulier semper debet habitare cum viro, & ipsum sequi, & cum materia sit gravis, tenetur ad hoc uxor sub culpa lethali. Navarr. in summa, cap. 14. n. 20. Graffii lib. 2. decision. cap. 59. n. 2. Emmam. Roder, tom. 1. summa, cap. 15. n. 2, quod limitabis, nisi vir vellet uxorem pertrahere ad peccatum, aut grave vitæ periculum. Tunc enim potest à viro discedere, cum urgentius sit præceptum abstinentiæ a peccatis, vitamq. tuendi; sic Navarr. & Graff. ubi proxime, Sylvest. verbo, uxor. q. 8. Armilla n. 6. plures adducit, & sequitur Sanchez de matrimonio, lib. 1. disp. 41. n. 4.

iV. Vtrum autem possit mulier discedere à viro, quando ille mutat domicilium sine causa iusta, vel si vir velit non habere certam sedem sed hinc inde vagari? Vide Sanchez d. disp. 41. n. 5. & 6. cum quo negativè resolve. An vero vir possit discedere ab uxore, quando illa ex causa necessaria transfere domicilium? Vide Glossam in cap. 1. de conjugio leproorum. Verbo, se quuntur. post alios Sanchez n. 14.

### CAP. Si quis propter. IV.

S V M M A R I V M.

**I** Ex communicantur qui matrimonium vituperant.

**I** N texru. Statuit textus mucrone ex communicationis feriendos esse religiosos, qui vituperant Iacicos matrimonium contrahentes, licet enim virginitas sit excellentior matrimonio, ut tradit D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 4. statuit Concil. Trid. sess. 24. de matrimonio, Canone 10. contra errorem Ioviniani, qui posuit virginitatem non esse matrimonio præferendam. Non tamen peccat, qui nuptias contrahit, licet illæ bono, aut virginalis continentia, aut uirialis non debeat æquari. D. August. in lib. de virginitate, cap. 19. quem refert D. Thom. ubi proxime, vers. Sed contra.

### CAP. Si quis, vel virginitatem. V.

S V M M A R I V M.

**I** Servans castitatem quando peccat? 2. Excommunicationis umbra fuerit ne in statu legis naturæ, legis scriptæ? 3. Apud Iudeos, inobedientes sibi extra synagogas. 4. Idem erat apud Gentiles. 5. Romani diris execrationibus usi sunt.

**I** N textu. Nota ex textu quod profitens castitatem, non ex eo, quod putat illam esse bonam, sed in detestationem matrimonii, excommunicatur; de materia agunt Cardinalis Hosius in confessione catholicæ fidei, cap. 55. de Sacramento matrimonij, vers. Fuerunt apud gentes. Orandus in 4. sententiæ dist. 26. propositione 7. vers. Per hæc.

Ib.

**E**t ibi, Anathema sit. Ante Christi adventum propriam ratio excommunicationis nunquam fuit, quædam tamen excommunicationis umbra in statu legis naturæ præcessit, & legis scriptæ, cuius etiam vestigium apud Gentiles cognitum fuit. Vnde Adamus ad modum excommunicationis prohibitus est ab esu ligni scientia, Genes. cap. 2. nu. 16. & postea pro peccato de Paradiso ejectus est, Genes. 3. nu. 24. vocaturq; excommunicatus in cap. Ad mensam, vers. Hæc sententia, II. q. 3. de quo Iansenius in Concord. cap. 78. Petes lib. 8. ordinamenti, tit. 5. l. 1. M M V 2.

Apud Iudeos, inhobedientes siebant extra synagogas, hoc est de Ecclesijs veluti excommunicati ejicabantur. Sic Ioann. in cap. 9. nu. 22. & cap. 12. nu. 42. ut utroq; loco observat Caietan. qua pena mulctatus est cœcus, qui à Christo fuit illuminatus. Apud Essenios quoque terribile excommunicationis genus in illo fuisse, testatur Josephus lib. 2. de bello jud. cap. 7. cum ait. Deprensos in peccatis à sua congregatione depellunt, ille quidem Sacramentis, & iubus obligatus, neq; capere ab alijs oblatum cibum potest.

Apud Gentiles tradit Cæsar lib. 6. commentariorum, Druidum sacerdotum Gallorum mores, ac ritus describens, de his in hæc verba loquitur. Si quis autem publicus, aut privatus, eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicunt, quibus ita est interdictum, bi numero impiorum, ac sceleratorum habentur, bi omnes decedunt, adiunq; sermonemq; defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant, neq; his petebitis ius redditur, neq; honoros ullus communicatur. Plato ad fin. prope, lib. 9. sic ait. Qui de vi parentibus allata damnatus fuerit, condemnabitur, primo perpetuò exulet, deinde, & à sacris omnibus arceatur; quisquis vero cùm huiusmodi homine comedit, aut biberit, vel aliquo pacto cùm eo communicaverit, aut sponte locutus fuerit, isne in templum ingrediatur, nec in forum, nec omnina in civitatem proficiatur, antequam mundetur; putare namq; debet scelerato se commercio contaminatum. De materia vide Polidorum de inventoribus rerum, lib. 4. cap. 12. ad fin. Turrian. lib. 2. in Clementis constit. cap. 42. & lib. 4. cap. 7.

Romani quoque his diris execrationibus usi sunt; Author est Plutarchus in Crasso, ubi tradit Actium tribunum plebis, his diris confixisse Crassum in Parthos proficiscentem, de quibus fit mentio apud Plinium lib. 28. cap. 2. haud multo post principium, Livium lib. 6. tertie decadis, ubi inquit, Qui vicitus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare recipere. Hinc etiam quosdam impios interdicebant aqua, & igne: Lactans lib. 2. instit. divinarum, cap. 10. Budaus in pandoctis in l. penult. ff. de donationibus inter virum: Covar. in cap. Alma, 2. p. 1. nu. 1. illis enim aqua, & igne interdicebant, quibus commercium, societasq; hominum auferebatur, eos urbe, mensa, tecto, aut ore recipere vetabante. Tradit eleganter

Alexand. ab Alexandro lib. 3. Genial. cap. 5. post principium; reperitur de hoc memoria in l. Gallus §. Et quid si tantum, ff. de liber. & posth. loco cuius pœna succedit deportatio, teste Vlpiano in l. 3. ff. ad l. Julianum peculator, & in l. 2. §. 1. ff. de panis. Alia possunt videri apud Baron. tom. I. annal. anno Christi. 57.

### CAP. Si qua mulier. VI.

#### SV. M. M A R I V M.

1. Potest quis excommunicari, si mutet vestimenta.

2. Mulieres peccant utendo habitu virili.

3. Quod tamē limitatur, si ad sit necessitas.

4. Virgines sanctimonia illustres, habitum + virilem induit.

5. Prohibitum viris, ne ornatu maliebris utantur.

**I**n textu. Citat Petes ad lib. 8. ordinam. tit. 19. in principio, veri. Addit, quod quilibet potest excommunicari propter mutationem vestimentorum, ubi tractat de sumente habitum mulieris, ad intrandum monasterium causa corrupti moniale; & addit quod si per annum stetit, & fecit ibi professionem, dum pro fœmina reputatur, potest compelli, ut vadat ad monasterium monachorum, & ibi permaneat, cum sola professio faciat monachum cap. Porrectum, de regulari, quod mihi improbabile videtur.

**Ibi, Virili ueste utatur.** Peccat igitur fœmina mortaliter utendo habitu virili; quod intellige quando mulier hoc facit malo proposito, & intentione meretricandi. Vnde si ista fiant ex animi levitate, sine intentione corrupta, vel scandalo gravi, non est mortale, ut bene docet Sylvest. verbo, fœmina nu. 2. D. Thom. Caiet. Nava. in manual. cap. 23. nu. 22. Cornelius, proxime, citandus, qui hos refert, sic alias in lege veteri. Deuter. 22. nu. 5. erat statutum ne mulieres uestentur ueste virili. Ad quem locum videndus est Cornelius, ubi eleganter, item Franciscus de Medocia, tom. I. in lib. I. Regum, cap. I. nu. 1. annot. 4. sect. 2. nu. 3. & sect. 3. a nu. 38, unde D. Hieronymus ad Eustochium de conservanda virginitate, in mulieres invehitur, quæ uestibus virorum utsuntur, quod, & reperitur prohibitum de jure civili in l. 1. vestis §. Maliebria, & §. Communia, ff. de auro, & argento legato. Apud Hispanos adest prohibitio part. 3. tit. 16. l. 8. & ibi Glossa 18. & part. 5. tit. 12. l. 3. Glossa 10. Apud Lusitanos hoc prohibetur

liberis per Ordin. aliquam lib. 5. cap. 1. &c. quā  
mā, lib. 5. tit. 34. ubi Barbosa mā  
eū. Legimus tamen in veterum monumentis  
mulieres aliquando sine deccore, & repre-  
hensione virili ornatu esse vias, cum vel nece-  
sitas, vel iusta causa ingruerit, aut mōs regio-  
nis permiserit. Plutarch. in claris mulieribus, cap. 4.  
tradit apud Argivos sacra quēdam celebrari,  
in quibus mulieres virilem vestem indutæ, ver-  
sabantur. Laudatur Hypsicratæ Mithridatis  
regis uxor, quæ virilem habitum induta, ton-  
sis capillis Mithridatem à Pompeio victum,  
per efferatas gentes fugientem, secuta est; ut  
tradit Valerius Maximus lib. 4. cap. 6. Plutarch. in  
zua ipsius Pompeij. Hanc imitata Plotina mulieg-  
rata fidei, & pudicitiae, pro mariti salute, mari-  
tum in exilium est secuta, ut videre licet ex  
Apuleio lib. 7. asini aurei, plura congerit Tiraq. l. 3.  
Connubial. p. 3. nn. 66. & 69. Glossa 1.

Sed ut de factis mulieribus sermonem habeamus, Eugenia Philippi proconsulis filia, & Marina Alexandrina, virgines sanctimonia illustres, habitum virilem induitæ in cœnobium virorum profectæ sunt, illicq; viri existimati, sanctissimæ vixerunt. Pelagia Antiochena, relictis voluptatibus, sumpto virili habitu, in penitissimas nemorum latebras secessit, ubi usq; ad mortem constanter perseveravit. Sed, & diva Natalia Adriani matris uxor, cum Maximianus mulierum iagressum ad viros in carcere detentos prohibuisset, viriles sibi vestes defumpsit, quo vir existimata, sanctis hominibus administrabat. Tradit idem Tiraq. ubi proxime, n. 71. Sic beatus Ambrosius in 2. de virginitate, narrat de alia virgine Antiochena, quod ab idololatriis prostituta in lupanari, ad preces viri sub specie turpitudinis intrantis, mutavit habitum, & exivit, non ut evitaret martyrium, sed contagium; refert Sylvest. dicto verbo, fæmina, n. 2.

5 Non tamen pretermittendum est, prohibi-  
tum esse etiam viris, ne cultu, veste, & orna-  
tu muliebri utantur, ut colligitur ex d. l. *Vestis*,  
§. *Muliebria*, & §. *Communia*, ss. *de auro*, & *argento*  
*legato*; expressit *Ordin. Lusitana lib. 5. d. tit. 34.* ubi  
*Barbosa*, citans *Bobadilbam*, & *Peres*. Vnde Hercu-  
les admodum vituperatur; quod amore Om-  
phales captus, ei⁹ obsequens, vestibus eiusdem  
aliquādo se se induerit, ut scribit *Lactantius lib. 1.*  
qui de falsa religione inscribitur, cap. 9. Sarda-  
napalum quo⁹ carpunt historici, quod ab Ar-  
bacto Medorum p̄fecto inter scortorum gre-  
ges habitu muliebri inventus est, ut scribunt  
*Athenaeus lib. 12. cap. 3.* *Paulus Orosius lib. 1. cap. 19.*  
Caligulam impudentissimum imperatorem ar-  
guit *Ioseph. lib. 19. antiquit. cap. 1.* quod nolas mu-  
liebres cycladem, & alia huiusmodi vestimen-  
ta muliebria induebat. Vnde recte reprehē-  
ditur Zenon stoic⁹ sect⁹ princeps, qui in sua

republica præcipiebat viros, & mulieres eam  
dem vestem induere, ut tradit Diogenes Laertius  
in via ipsius Zenonis; consule latè Tiraq. t. 3. Cen-  
tral. Gloßar. num. 59, 60, & 63. de gestatione  
habitus muliebris in viris, aut virilis in scem-  
nis, cum personati incedunt, lege quæ Barbosa  
lib. 5. Ordinat. Lust. tit. 34. nro. 1. summa A. abu V

## CAP. Si quis tanquam. VII.

## S Y M M A R I K M.

**I**N textu. Collige ex illo jejunantem die Dominico peccare mortaliter; similis prohibitio habetur Melchias Papæ in cap. Iejunium, de consecrat. dist. 3. quia tale jejunium est contra Ecclesiæ universalis consuetudinem, cum dies Dominici lætitiaz deputentur, non luctui, & pœnitentiæ, ut ex nostro textu observat Rebuj. ad leges Gallie, 3 tom. in prefatione, tit. de consuetud. nu. 73. Jacob. de Graff. lib. 3. conf. 13. de voto, num. 4. dc quo latè agunt Bellarmin. tom. 3. controversia 3. generali, lib. 2. cap. 23. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 7. cap. 27. vers. Septimo. Reginaldus in praxi fori pœnitentialis, lib. 4. cap. 12. nu. 137. & multi alij, quos refert Sanch. coll. 1. Decal. lib. 2. cap. 37. nu. 11. sed hæc temperanda sunt expositiis num. sequenti.

## In Glossa, verbo, Contemptum.

Docet **Glossa** si quis jejunet in die Dominicō non ex contemptu, sed ex voto, vel devotione licet agere, quam sequitur **Graffij** dict. *conf. 13.*  
*de voto, nū. 8.* Vnde jejunium in die Dominicō non est semper prohibitum, sed solum si quis in illis, vel ex superstitione jejunet, ut Montanistæ faciebant; vel ex errore, ut Manichæi, & Præcillianistæ; vel ex contemptu Ecclesiæ, ut Eustathiani, & Arriani; vel deniq; cum scandalo aliorum, ut si quis unum diem jejunatus eligat diem Dominicam; tradunt eleganter Bellarmin. *d. cap. 23.* Azor. *dict. cap. 27.* vers. *Nono* quateritur. **Rginaldus** dict. *cap. 12.* *nū. 178.* Vnde & multi eremitæ diebus Dominicis jejunabant, ut ex vitis Pattum constat, traditq; **Lessius** de *justitia, & iure, lib. 4. cap. 2.* *nū. 68.* **Sanches**, ubi proximè, *nū. 12.* cum multis. Adde **Filiuclum** trad. *27. cap. 5. nū. 103.*

CAP*i*

## C A P. Si quis eorum. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iejunia Ecclesie contemnentes excommunicantur.*
- 2 *Vtrum scire queat aliquis certo absq; revelatione se esse in gratia?*
- 3 *Vtrum hoc saltē moraliter scire possit justus?*
- 4 *Vtrum prædestinati cognoscāt suam prædestinationem?*
- 5 *Excommunicatio an possit proferri propter peccatum internum?*
- 6 *Pars negativa verior.*
- 7 *Textus noster intelligitur.*
- 8 *Votum mentale quomodo dispensetur?*

**I**N textu. Ponitur in præsenti detestatio alterius superstitionis quorundam hominum, qui viventes in proposito abstinentia, propterea quod aliquā austeritatem supportare possunt, superbiunt, & communia Ecclesie jejunia contemnunt, dicentes illa levia esse, & nullius momenti; nofantur igitur in textu Eustathiani hæretici, qui asserabant contemni posse jejunia Ecclesie, postquam quis pervenit ad quendam gradum perf.ctionis, & jejunis ecclesiasticis præferri alia jejunia, que ipsi instituebant, ut tradit *Suar. de censuris, disp. 4. sect. 2. nn. 12.* Adversus hunc errorem definit Concil. Trident. seß. 6. Can. 20. *Si quis hominem justificatum, & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei, & Ecclesie, sed tantum ad credendum quasi vero Evangelium sit nuda, & absoluta promissio vita eterna, sine conditione observationis mandatorum Dei, ana:hema sit.* Igitur facessant hæc inauspicata hæreticoru delicia, & omnium catholicorum sibilo hæc abigantur hominum mendacia. Quid enim sanctius, quam ab Ecclesia instituta jejunia? Quid deterius, ac perniciosius, quam Ecclesie legibus indicta jejunia contemnere, & alia observare? D. Ambros. audiamus, qui in sermone Quadragesimæ, ita ait. *Illa voluntaria sunt jejunia, & ista necessaria; illa de arbitrio veniunt, ista de lege; ad illa invitamus, ad ista compellimus.* Nostrum igitur jejunium teste D. Hieron. ad Demetriad. ceterarum virtutum est fundamentum. Quod eleganti carmine expressit Zacharias Ferrierius Episcop. Gardien. in volumine, *sacrorum hymnorum*, ubi omnes virtutes quadragesimali jejunio adhærentes comites ita depingit.

Baccus abscedat, Venus ingemiscat  
Nec jocis ultra locus est, nec escais  
Clauditur ventri ingluvies voraci  
Clauditur lingua labium loquaci

Iamq; de verbis abiguntur salaces.

Seria nugas.

Occasione erroris Eustathianorum, enodantur veniunt tres difficultates. Prima. Vtrum iusti in hac vita ad eam justitiae perfectionem possint pervenire, qua certi reddantur, citra speciem revelationem, se esse in Dei gratia? Cuius quidem questionis pars negativa tenenda est; cuin *Suar. 3. p. de gratia, lib. 9. cap. 9. nn. 13.* Bellarm. lib. 3. de justificatione, fere per totum, ubi plures citant DD. & probant ex sacra pagina. *Ecclesiast. 9.* Nescit homo an odio, vel amore dignus sit, & omnia in futurum reservantur incerta. & ex *Trid. seß. 6. cap. 9.* asserente. Quilibet dum se ipsum, suamq; propriam infirmitatem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest cū nullus scire valeat (certitudine utiq; fidei cui falsum subesse nequit) se gratiā Dei esse consecutū.

Secunda difficultas. Vtrum id saltem certitudine morali cognoscere possit aliquis justus? Respondeo affirmativè cum *Suar. citato*, dummodo conclusio intelligatur de ijs, qui perfectissimè perseveranter q; Deo inserviunt. Probabilis enim conjectura, & existimatio sufficit illis, ut possint humano modo credere, & judicare se esse in statu gratiæ; hæc autem omnia possibilia sunt absq; miraculo; ergo resolutio bene habet. Imò hoc judicium prudens sæpe necessarium est ad operationes recte institutas, ait enim *Apostolus 1. ad Corinth. 11. suscipientibus Eucharistiam.* Probet autem se ipsum homo: idest, judicet probabiliter, & prudenter se esse dispositum; licet non sit ita certus, quin decipi possit; ergo talis certitudo non repugnat. Et addit *Suar.* posse quemlibet justum, eo virtutis ascendere, ut non minus certo credat remissa sibi esse peccata actualia seu originales, quam esse sacerdotem, seu non baptisatum. Vtrumq; enim moraliter, & humano modo cognosci posse non dubitat *cap. 11. nn. 13.* At dices posse aliquem sine temeritate jurare sibi esse remissa peccata, & esse sacerdotem, quod est falsum, & contra. *Innocent. in cap. Veniens, de presbyt. non baptisato.* Respondens enim cum eodem *Suar. n. 14.* nullam ibi intervenire temeritatem.

Vltima difficultas petebat an prædestinati possent scire certo absq; revelatione se esse scriptos in libro vitæ eternæ? Sed hæc questio Theologorū propria p parte negante illis disputanda cōmittitū. Consule *Suar. citatu, nn. 15.* & *Bellar.* qui alios referunt, lib. 3. de justificatione, cap. 12. per totum.

Ibi, In sua conscientia judicans. 5

Ergo excommunicatio potest proferri propter peccatum omnino internum; de quo agunt *Sylvest. verbo, excommunicatio 7. q. 2. Castio lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, cap. 18. Diedo de libertate christiana, lib. 3. cap. 5. sub fin. Navarr. in Manuali, cap. 27. nn. 56. Simanc. de catholicis, cap. 42. Cor. gr.*

in regula peccatum, part. 2. nn. 7. plures refert *Suar.*  
de censur. disput. 4. sect. 2: quod Ecclesia dispensat in voto pure interiori, & sola mente facto:  
Ergo signum est habere potestatem directam  
in actus internos.

6 Sit tamen resolutio. Censura non solum ab homine, sed ipso jure lata, non potest cadere in peccatum pure internum, quia omnino est extra forum Ecclesiae; actus enim pure internum est per se occultus Ecclesiae; & ideo extra jurisdictionem, & potestatem vindicativam eius. Si tamen actus sit exterior licet interdum per accidens sit occultus; quia ipse secundum se non est extra potestatem Ecclesiae, saepe punitur per legem, potestque esse materia censuræ prosequitur late *Suar.* de censur. disp. 4. sect. 2. n. 16. & seqq.

7 Nec obliunt verba nostri textus, in sua conscientia judicans, nam verbum illud, *judicans*, non accipitur pro sola existimatione interiori, sed pro ut prodit in actu exteriore, quod et phrasis latina cum elegantia significat, & ad litteram habent verba græca Gangrensis Concilij; ut bene notavit *Suar.* d. disp. 4. sect. 2. nn. 12. atque in hunc modum facile exponuntur alia jura, quae in hac difficultate solent adduci; in omnibus enim est sermo de actibus internis, non secundum se, sed pro ut informant externos, seu de externis, ut procedentibus à talibus internis.

8 Ad aliud argumentum de voto pure interiori, sunt qui respondeant votum mentale non dispensari, nisi petat votum, & per eam petitionem iam manifestari Ecclesiae; sed refelluntur, quia illa manifestatio solum est conditio necessaria ad talem usum jurisdictionis, ipsa vero jurisdictione immediate cadit in actu internum. Vnde facilius solvitur, si dicatur dispensationem talis voti non cadere propriè in actu interiori, qui præcessit, sed in effectum eius, qui manet, id est in obligationem, quae iam non est actus internus, sed morale quoddam vinculum, quod manet in homine, & auferri potest ex justa causa à superiori habente potestatem; advertit *Suar.* d. sect. 2. nn. 10. Adde de materia, quæ scripsimus ad cap. *Voventibus*, nn. 3. & seqq. *Supra*, dist. 27. & ad cap. *Qui partem*, 6. nn. 8. & sequent. infra, distinct. 55.

## CAP. Si quis per superbiam. IX.

### SVMMARIVM.

- 1 Congregationes quæ fiunt in Ecclesijs non debent contemni.
- 2 Existimans se perfectum, non sequitur, quod sit perfectus.
- 3 Basilica quid sit?

I N textu. Collige ex textu detestatione digum esse errorem quorundam, qui se tanquam perfectos existimantes, congregations quæ fiunt in Ecclesijs sanctorum martyrum, incusant, & oblationes ibi factas dicunt spernendas; in quibus omnibus haeretici, qui dicuntur Paterni, errant; quorum errores postea sequuti sunt Valdenses.

Ibi, Perfectum se existimans, Ergo licet quis se existimet perfectum, non ex eo sequitur, quod sit talis; facit illud Pauli 2. ad Corinth. 10. num. 17. & 18. *Fratres qui gloriatur in Domino, gloriatur, non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.*

Ibi, Basilicas. Basilica locus publicus est, in quo iudicia exercentur, venaliaque proponuntur; idem ferè quod latini forum, appellant. Basilicam M. Vitruvius ita ædificari debere ostendit, ut in superiori parte iudicia, in inferiori negotia exerciri possint. Paulus author est in Basilica negotiatorum venale argentum reponi solitum. Prohibuit Theodosius in Basilicarum tabularijs ergasteria constitui, vel eas picturis obumbrari, quem locum de divinis templis *Ban.* intellexit, cuius sententiam alij quoque damnaverunt. Basilicas pro Ecclesijs accipi solitum fuisse, ostendit Ambrosius in epistola, cui titulus, *de Basilicis tractandis*, atque ita accipitur in praesenti. Hæc Alciatus lib. 1. *præteriorum*, verbo, *Basilica*.

## C A P. Si quis docet. X.

### SVMMARIVM.

1 Qui docent spernere Ecclesijs excommunicantur.

2 Verba nostri textus intelliguntur.

I N textu. Notabis ex illo, quod qui docent spernere Ecclesijs, & congregations quæ fiunt in eis, excommunicabuntur; est namque prohibitum docere in Ecclesia Dei id, quod habebitur in contemptum; juxta illud Pauli 1. ad Corinth. cap. 11. nn. 23. *An Ecclesiam Dei contemnitis: juvat illud Psalm. 92. nn. 5. Domum tuam decet sanctitudo Domine.* Qui ergo in Ecclesia aliquid indecorum, aut irreverenter committit, Dei templum reddit latronum speluncam, vel domum negotiationis, ut habetur Isaia 56. & Ioann. 2. Vnde Hugo Victor, in tractatu de duodecim abusionibus, ita inquit. *Duo decima abusio est irreverentia circa altare.*

Ibi,

**Ibi, Congregationes.** Sed quæ cōgregationes sunt istæ? Existimo esse confraternitates, tolēnates sanctorum, conventus, concilia, prædications, & similia. Ad horum superstitionem reducitur error Valdesium, & Boemorum, qui missam celebrare dicuntur, sine sacris induimentis, non in locis sacris, & sine altari portacili, de Ecclesia consecrata non curantes, sed ubicumq; volunt, sive in stabulo, sive in molendino super una tabula missam celebrant.

### CAP. Si quis extra. XI.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Nō debet prædicari in domibus privatis.
- 2 Verbū, Ecclesia, quomodo intelligatur?

**Ibi, Privatim.** Notat Greg. Lopez part. I. tit. 5. l. 43. Glossa 2. & ex illo deducit non debere prædicari in domibus privatis, sed publicè in Ecclesijs, & locis honestis, quod etiam disponit ibi, lex 43. Partitaram. Vide Reginaldum tom. 2. lib. 18. num. 129. Hinc existimo fancitum esse à Concilio Tridētino, ut quilibet ad audiendam concionem parochiæ sua interesset, ut ibi tanquam in loco publico, & concionibus destinato audiret verbum Dei. Legatur Navarr. cap. 21. notabili 5. Angel. & Sylvest. apud Zerolam, verbo, Prædicatio, §. Ad quartum.

**Ibi, Ecclesiam.** Potest hīc intelligi verbum, Ecclesia, de congregatione, quæ sit extra Ecclesiam spiritualem, id est extra unionem, & congregationem fidei, quia talis congregatio est prohibita; vel potest intelligi de ipsa Ecclesia materiali, quam nullus debet ædificare sine autoritate Episcopi, qui antequam incipiat debet crucem affigere, atrium designare, & cœmiterium assignare, ut notabimus in cap. Nemo, infra, de consecratione, distinct. 1. prosequitur Paulus Fuscus de visitatione, lib. 1. cap. 10. nu. 2.

### CAP. Si quis nuptias. XII.

#### VX CAP. Si quis nuptias.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Damnantur affirmantes non posse conjugatos cœlum ingredi.
- 2 Nubere proprium est fœminarum, duce re virorum.

**In textu.** Datnat Concil. in præsenti opinionem dicentium conjugatos non posse Regnum cœlorum ingredi, nec vitam aternam obtinere; ut affirmabant quidam hæretici, quorum meminit Albertus Magnus in 4. dist. 25. vide quæ scripsimus ad cap. Si qua mulier, 3. nu. 1. & ad cap. Si quis propter, 4. supra, hac eadem distinct. & posita ad cap. Si quis vituperat, infra, distinct. 31.

**Ibi, Nuptias.** Nubere propriè fœminarum est, sicut duce re virorum, ut probatur in §. 1. vers. Vnde queſitum, instit. de nuptijs, & in l. 2. §. 1. ff. de in ius vocando. Licet enim nubere interdum de viris dicatur, ut probat textus in præsenti, & colligitur ex Cornelio Tacito lib. 15. cum scribit de Nerone, & ex Suetonio, de eodem Nerone tradit Bald. in l. Cum testator, Cod. de testam. manum. Sicut e diverso nonnunquam de fœminis ducere dicitur, ut in l. Si ignorans, Cod. soluto matrimonio, late de utroque Tiraq. l. 5. Connubialum, part. 5. nu. 4. vers. Nam dicit. Lege Martialem lib. 7. epigrammat. 12. ad Priscum, & quæ ibi notat Raderus. Illud unum dicam compendiosé, ideo virorum proprium esse ducere, fœminarum vero nubere, quod fœminæ sponsatæ ante maritationem, velo obumbebantur, frontemq; tenuissimo velamine obtegebant, ut præter alios refert Calinus lect. antiqu. lib. 28. cap. 15. Mariti vero cum ad nuptias detecta fronte, & revelato capite incederent, non quidem nubere, sed uxores domum ducere, si ve traducere dicebantur.

### CAP. Si quis carnem. XIII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Debet quis abstinere à carnis Idolο immolatis.
- 2 Dubium est an præceptum obliget in extrema necessitate.
- 3 Textus, circa non caendi suffocatum, exponitur.

#### VIX

**In textu,** ibi, Idolo immolatū. Igitur debet abstinere à sanguine, & à carne Idolo immolata; tradit latè Victor. in reelectione de usu ciborum. nu. 3. qui textus meminit. Gerson. in tractatu de abstinentia, qui habetur Alphabet. 39. littera O. Joannes Maior in 4. dist. 58. q. 24. conclus. 5. faciunt quæ tradit D. August. in epistola ad Publicolam. 154. Leo Papa in epistola 77. quæ est ad Nicætam, cap. 5. quos omnes refert Vag. disp. 162. cap. 2. & cap. 5.

T 2

Sed

**2** Sed dubium iasurgit, an sit licitum vesci carnibus Idolo immolatis, quando non sunt alijs cibi, quibus possit homo sustentari? Partem negativam tuncut Gerson, & Maior, supra citatis locis, *Adrianus Quodlibet* 1. art. 3. ad nonum argumentum. Merito tamen oppositum docent *Altisidorensis* lib. 3. summ. tract. 3. quest. 4. prope finem. *D. Thom.* in 4. dist. 38. q. 2. art. 4. q. 3. ad tertium. Potest ita homo constrictus extrema necessitate, non tantum vesci carnibus immolatis, sed etiam recumbere in Idolio ad comedendum, hoc est, in mensa Idolo consecrata; ita tamen ut alij explicit suam necessitatem, propter scandalum; prosequitur eleganter, post *D. Augustin.* & *Beatum Leonem*, *Vasquez d. disp.* 162. cap. 5. nu. 29. & seqq. Adde posita ad *cap. Presbyteros*, 33. nu. 6. infra, dist. 50.

**3** **Ibi, Suffocatum.** Oritur difficultas, quo pacto Concilium præceptum renovavit legis veteris *Genes.* cap. 9. nu. 4. *Deuter.* cap. 14. nu. 21. non edendi suffocatum? Respondeo. Inter præcepta cœrimonialia quædam fuisse tradita in figurâ Christi, quædam ut aliqua prohiberentur; huiusmodi fuit edere carnes suffocatas, ut notavit *D. Thom.* l. 2. q. 102. art. 6. ad prium. quia igitur vesci sanguine, & suffocato speciem superstitionis. Ethnicæ initio Ecclesia habere poterat, potuit in Ecclesia prohiberi, ne ullus vesceretur carnis suffocatis, ut prohibitum est *Ait. Apostolor.* cap. 15. nu. 20. ad quem locum videndus omnino est *Lorinus*, qui hoc præceptum, acute, & diligenter excusavit. Ut igitur ea, quæ ad Gentilismum pertinebant, oblivioni traderentur, merito tale præceptum diu in Ecclesia renovatum permanit, sed iam huius superstitionis nulla inter fideles prohibitio superest. Tradit optimè *Vasquez* 1. 2. disput. 182. cap. 10. num. 77. & sequent. latissimè *Baronius*, post multos Pates, tom. 1. annalium, anno Christi 51. nu. 4. & sequent. *Bellarmin.* tom. 1. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 16. vers. Quintus locus, *Pater Molina de justitia*, tractatu 5. disp. 62. circa fin. vers. Obiicit.

### C A P. Si quis dereliquerit.

#### XIV.

- 1. *S V M M A R I V M.*
- 2. Peccat pater, qui negligit filios alere.
- 3. Educatio liberorum est juris naturalis.
- 4. Frater an possit instituere extraneum, omissis fratribus?
- 5. Parentes an possint religionem ingredi, prætermissa cura filiorum?

**I**N textu. Appellat singularem *Navarr.* in manuali, cap. 14. num. 27. in principio, & per illum tenet peccare patrem, qui notabiliter negligit exhibere illa, quæ ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, nisi habeat excusationem paupertatis, vel alterius rationabilis causæ. Potest tamen aliquando pater tutâ conscientia ex legibus, & constitutionibus aliquarum provinciarum filios exhaeredare, quia sic filij in paterna obediencia magis continentur, ut defendunt, *Castro de lege penal*, lib. 2. cap. 11. *Navarr.* in Manual. cap. 26. nu. 38. *Henriq.* in summa, lib. 11. cap. 6. nu. 2. *Sarmiento* lib. 2. selectarum, cap. 14. nu. 6. refert alios, quos sequitur *Cened.* in questionibus utriusq; juris, q. 17. nu. 6.

**Ibi, Pietatis.** Educatio liberorum non solum pietatis, sed juris est naturalis, ut notavimus ad *cap. Ius naturale*, nu. 5. supra, dist. 1. Vnde cum haec causa sit pia, poterit judex ecclesiasticus compellere parentes laicos, ut filios alant. Notat *Propositus in praesenti*, nu. 3.

**Ibi, Necessaria non præbuerit.** Citant *Gomes* tom. 1. cap. 11. nu. 39. *Cened.* in questionibus utriusq; juris, q. 17. nu. 2. & 14. & per illum controvèrtunt, an in foro conscientiae possit frater instituere extraneum, & omittere fratrem, & illi nihil relinquere? De quo agunt *Rojas de successionibus*, cap. 32. nu. 4. *Roderic. Sbar.* allegatione 1. nu. 10. & 11. *Peralta* in rubr. de hered. instit. nu. 14. *Navarr.* in Man. cap. 26. nu. 36. ad fin. Tu multis omissis resolve; tunc potest testator in conscientia instituere extraneos omissis fratribus, si ipsi fratres indigni sint, vel non indigent hereditate morientis, cum frater dives compellendus sit à judice alere fratrem, seu sororem inopem; ita post multa, & multos concludit *Cened.* nu. 10. 11. & seqq. d. q. 17.

**Ibi, Occasione continentiae.** Ergo parentes qui habent filios, non possunt licet religionem ingredi, prætermissa omnino cura filiorum, & non proviso qualiter educari possint. Ita notavit *Turrecrem.* in praesenti, nu. 1. juvat quod in simili tradit *Navarr.* *Commentar.* 3. de regularib. n. 48. frater *Emman. Roder.* in summa. 2. p. cap. 6. nu. 4. post *D. Thom.* 2. 2. q. 101. art. 4.

### CAP. Si quis virorum. XV.

#### S V M M A R I V M.

**I** Excommunicantur, qui pretiosas uestes deferunt, reprehendentes, qui vilioribus ornantur.

- 2 Birrus quid sit?
- 3 Mos regionis excusat in usu vestimentorum.
- 4 Quod etiam procedit in clericis.

**I**N textu. Collige anathematizari illos, qui pretiosas vestes deferentes, tanquam ex eo iustitiam habituri, alios reprehendunt, qui vilioribus ornantur vestibus; licet aliquando compertum sit, cultum mediocrem, splendoremq; vestium ad dignitatem, autoritatēnq; comparandam, ac tuendam, non parum momenti afferre; teste Pontif. in cap. *Vt Apostolica, de privilegiis.* lib. 6. Salomon item in *Ecclesiasten,* cap. 9. nu. 8. monet ut vestimenta sint candida. Deus præcipit Iob, ut speciose indueretur vestibus, ut scribit *Iob cap. 40.* nu. 5. utroq; loco videndus Pineda eleganter. Unde reprobatur Pelagius hereticus scribens gloriam vestium, & ornamentorum esse Deo contraria, adversus quem D. Hieronymus lib. 1. in eundem Pelagium multa protulit. Vide latissime *Tiraq. l. 3 Connubial. Glossa l. part. 3. num. 52.* & seqq. qui textus meminit. Adde posita ad principium *dist. 41. nu. 5.*

**Ibi, Birris.** Quo birro omnes protegmine capitum utuntur. *Altianus lib. 6. parergon. cap. 25.* post principium. latius *lib. 8. cap. 10.* ad med. *Lancelotus in templo omnium judicium,* lib. 1. cap. 4. nu. 1. qui uterq; nostri textus meminit. Quid vero sit birrus non planè conitat apud auctores; nam *Celius lett. lib. 16. cap. 10.* aautumat esse quoddam vestimenti genus, non tamen explicat. Ego hac in re assentior Raderus, illumq; ad scopum existimo collimare, dum *lib. 6. epigram. 9. fol. 438.* afferit birrum esse similem cucullo, sive bardocucullo, quem Lusitani dicimus, *capello.* Quam explicationem, & germanam, & genuinam credit illius carminis *Iuvenalis.*

*Tempora santonico velas ad opera cinculo.*  
Vbi, inquit idem Raderus, vetus interpres birrum Gallicum explicat.

**In Glossa, verbo, Veste, ibi, Secundum consuetudinem.** Igitur mos regionis excusat in usu vestimentorum. Unde apud Romanos Idibus Ianuarij permittebatur, ut tibicines muliebri habitu urbem iustrarent, ut tradidit *Rutarius in problematis.* *Romanus cap. 55.* Idem quoq; in problematis. *Gracis, cap. 171.* scribit apud Coos sacerdotem Herculis muliebri ueste induitum, & Mytra caput ornatum, rem divinam facere solitum. *Macrobius lib. 3. Saturnalium, cap. 8.* prodidit, Lunæ sacrificium facere viros cum ueste muliebri, mulieres cum virili. *Plutarch. in claris mulieribus, cap. 4.* tradit apud Argivos sacra

quædam celebrari, ubi mulieres chlamydem, ac virilem uestem induitæ, viri autem peplum gestantes, & muliebribus velamentis capita obvoluti versabantur, cuius rei rationem reddidit. *Hæc ex Tiraq. lib. 3. Connub. Glossa l. part. 3. nu. 66.* Adde posita ad principium *dist. 41. nu. 3.*

**Ibi, Non coguntur.** Ergo non dicitur clericus indecoris vestibus indutus, qui juxta regionis consuetudinem uestitus incedit, ad quod dicit nostram Glossam insignem *Coyar. practicar. cap. 31. nu. 7. Vers. Quarto;* ad idem *Glossa in Clement. 1. vers. Secularis, de electione,* probat *Alexand. conf. 149. nu. 12. vol. 6.* quem refert idem *Coyar.* ubi proxime, qui alia cumulat. Addit *Abb. in cap. penult. num. 18. de vita, & honestate clericorum.* Lege *Thomam Vellascum allegatione 56. nu. 13.* ubi optimè probat posse clericos ex consuetudine uti pretiosis vestibus. Vide etiam eundem *allegatione 11. num. 1.*

## CAP. Hæc autem. XVI.

### S V M M A R I V M.

- 1 Magistri inducentes novitates exprobantur.
- 2 Legatum mulieri vidua relictum, donec honestè vixerit, an perdatur si nubat?
- 3 Habere divitias an sit peccatum?

**I**BI, Nova introducunt precepta. Notat *Prepositus in cap. Quis nesciat, nu. 8.* in principio, supra, *dist. 11.* aduersus magistros inducentes novitates. Unde etiam notabis contra quosdam novellos religiosos, qui relietis suorum sanctorum Patrium statutis, novas institutiones introducunt, tam in habitu, quam in cibo, & in rigore disciplinae, ut vix iam habitum portent proprium religionis suæ, licet in nomine glorientur. Adde posita ad *cap. Nolite, nu. 2.* & ad *vap. Quis nesciat, nu. 5.* supra, *dist. 11. Menoch. lib. 5. presumpt. 122. nu. 116.* late *Valenzuela consil. 24. nu. 3.* & seqq. qui nostri textus meminit. *Cayro. decis. 148. nu. 3.* Imo arguitur fraus ex novitate. *Betrinus consil. 42. col. 1.* tradit post alios *Gaspard Cuballinus milleloquio juris 998.*

## Ibi, Nuptiarū, & ibi, Castitatem.

Citat *Antonius Gomez l. 16. Tom. nu. 9.* post principium, & per illum tenet, quod si quis reliquat mulieri vidua legatum, vel fidei compromissum, sub conditione donec caset, & honeste vivet, non perdit illud, si nubat; quia in matrimonio est castitas, ut textus habet *l. Mulier, §. Cum*

proponeretur, ff. ad Tribul. & ibi Bar. quodd intellico, quando talis conditio profertur à patre consuncto, vel extraneo, quia tunc per transsum ad secunda vota, nulla videtur eis fieri injuria. Secus vero si conditio ponatur à marito, vel filio, nam tunc amittit relictam, quia sit eis injuria. Authent. de non eligendo secund. nubent. §. Prospoximus, collatione I. Authent. de nuptijs, §. Solatio, collatione 4. tradit multa idem Gomes d. nu. 9. vers. 11em.

**In fine textus: ibi, Divites.** Ergo  
3. nō est peccatum habere divitias. Nam Abraham, Job, & ceteri Patriarchæ divitijs abundarunt. In novo etiam testamento multi Reges, & alij quam plures divites per Ecclesiam canonizantur. Nam divitiae, ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutum; ut ex nostro textu tradit Greg. Lopez part. I. tit. 7. Glossa I. in summa latissimè Tiraq. in l. Si unquam, verbo, bona, nu. 4. & de nobilitate, cap. 3. nu. 20. & seqq. Nec obviat illud Luca 18. nu. 25. Facilius est Camellum, &c. quoniam intelligitur de his, qui ponunt spem suam in divitijs, præponentes illas Deo, contra omnem justitiam, ut notant præcitat.

**C A P. Si quis presbyter.****XVII.****S V M M A R I V M.**

1. Qui publicè punitur, non fit clericus.
2. Qui jejunat diebus Dominicis peccat.
3. A' Pascha usq; ad Pentecosten, non fit prostratio.
4. Recusans carnes comedere, quando ab ordine deponatur.

**I**BI, Publicam pænitentiam. Ergo qui solemniter pœnituit, non potest fieri clericus. Vnde juvenibus non est facile ista pœnitentia imponenda, ut ex nostro textu deducit Gregor. Lopez part. I. tit. 4. l. 19. Glossa 6. Quod tamen intellige, quando pœnitentia fuit manifesta, & prodit in publicum Gregor. ubi proxime, l. 20. Glossa ult.

**2. Ibi, Die Dominico.** Collige ex tex-  
tu non debere diebus Dominicis aliquem jejunare, de quo vide late quæ scripsimus ad cap. Si quis tanquam, supra, hac eadem distinctione, num. 1. & sequenti-  
bus.

**Ibi, Non prosternant se in ora-** 3

**tione.** Igitur à Pascha usque ad Pentecosten, non debent fieri prostrations in Ecclesia. Rationem tradit D. Augustin. in lib. ad inquisitiones Januarij, nam dies post Resurrectionem Domini celebrantur in figura non labris, sed quietis, & letitiae, propter hoc, & jejuna relaxantur, & stantes oramus, quod est signum Resurrectionis. Vnde post Resurrectionem stetit Iesus in medio discipulorum suorum, ut scribitur Luca 24. nu. 36. & Ioann. cap. 20. nu. 19. & nu. 26. & cap. 21. nu. 4. Sed quid si confessarius iniungat alicui, ut flectat genua in missa omnibus diebus, etiam Dominicis? Videtur quod non debeat flectere, quia confessarius nō potest derogare juri communi, nisi secrete hoc possit fieri. Vide posita ad cap. Scire debet, num. 2. distinct. 76.

**Ibi, A' carne abstinet.** Igitur recu- 4  
sans tempore Paschali carnes comedere, tanquam illas es-  
cas abhorreat; si non voluerit saltē pergusta-  
re carnes, vel olera cum carnibus cocta, tan-  
quam suspectus de hæresi, ab ordine deponi-  
tur; quod limita nisi quis abstineat à carnibus  
ex voto, vel devotionis causa, quia tunc mini-  
mè peccabit. Nota insuper quod paria sunt gu-  
stare carnes, & olera cocta cum carnibus, quod  
facit ad aliquos religiosos, qui carnibus vesci  
nequeunt; qui consequenter nequibunt edere  
illa, quæ cum carnibus coquuntur.

**DISTINCTIO. XXXI.****C A P. Ante triennium. I.**

1. Adducitur textus contra Turrianum. & num. 2.
3. In Sicilia subdiaconi uxoribus suis ute-  
bantur.
4. Prepositio - Ante- quid significet? & nu.  
5. & 6.
7. Verba, præterita mala, quid significant  
in nostro textu?
8. Verba, futura mala, quid significant?

**E**cce textus contra Franciscum Turrianum, 1  
qui in lib. de 6. 7. & 8. Synodo generali, in  
expositione Canonis tertij sextæ Synodi,  
existimat clericos sacræ ordinibus post  
matrimonium initiatos, divino præcepto con-  
tinentia ita teneri, ut conjugibus matrimonio  
antea

antea conjunctis uti non possint sine peccato. Quam intentiam pro viribus confirmare, & defendere postea idem contendit toto lib. 2. de dogmaticis characteribus. Sed Pontifex Gregorius Magnus decernit in praesenti, ut nullus subdiaconus ordinetur, nisi prius castitatem promittat; unde constat non teneri subdiaconos, ut Turrianus putabat, jure divino, sed tantum ecclesiastico continentiam cum proprijs uxoriis servare, ut bene ponderat Vasquez de Sacramento ordinis, disput. 247. cap. 6. num. 72. & sequentibus.

**2** Nec obest, quod idem Turrianus respondet in predicto libro §. Objiciunt preterea, Gregorium post predicta verba, in vers. Vnde videtur, disponere id, quod antea à subdiaconis siebat, minimè licuisse, hoc est cum uxoribus misceri, quanvis castitatem non promisissent; levius tamen esse puniendos. Verbum autem, exigere, non pro eo quod est requirere, sed pro eo, quod est punire, usurpari, ac si dicat Pontifex, non esse hæc mala incontinentia graviter punienda, ne malum maius accidat. Verū verba priora nostri textus clare demonstrant Gregorium non solum voluisse ne punirentur huiusmodi subdiaconi propter incontinentiam, sed nullo modo ipsos ad eam teneri, ut copiosé tradit idem Vasquez dicto cap. 6. nu. 72. Adde posita ad cap. 1. nu. 2. dist. 27.

**3** **In textu.** Collige ex textu posse in Sicilia subdiaconos conjugatos suis uxoribus licite frui, cum ibi tunc consuetudo vigisset, eam vero Pelagius Gregorij predecessor decreto in Siciliam missis abstulerat, quo subdiaconis uxoratis indicebatur, ut unum ex duobus eligerent; videlicet, aut à suis uxoribus abslinerent, aut certe nulla ratione ministrare presumerent, ut reliqui ecclesiastici in tota Ecclesia cœlibes vivebant. Cur Gregorius Pelagi decretū revocaverit, ea causa fuit, quod æquum minimè videretur, ut qui legitimas coniuges adepti fuerant, antequam ad subdiaconatum accederent, nec in ordinis susceptione continentiam ab uxore promiserant, ad eam ullo jure compelleretur. At quamvis Gregorius hoc Pelagi decretum sustulerit, non tamen subdiaconis usum coniugum permisit, sed quid in futurum observandum esset, sancivit in vers. Vnde videtur, cuius rei rationem dedit in calce nostri capituli, ut bene notat Boverius de Repl. ecclesiastica, part. 2. lib. 2. cap. 10. vers. Venio ad subdiaconos, fol. 375. post Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 22. vers. Præterea. A quo tempore subdiaconis fuerit prohibitum matrimonium, vide posita ad cap. Si quis, infra, dist. 32.

**4** **In principio textus, ibi, Ante.** Quæ dictio significat tempus ante principium

actus, ut ex nostro textu deducit Cenedus singulari 13. nu. 1. juvat textus in l. Si quis id, vers. Quod si disponit, ff. de jurisdictione omnium iudicium, l. Fin. ff. de albo scrib. tradunt Aretin. in cap. Cum tu, col. penult. de testib. Bald. in l. Ex his, vers. Opponitur, Cod. quando dies legat. cedat. Decius in l. 2. §. Creditum. in prima lectura, nu. 6. & 11. & in secunda lectura, num. 13. & 23. ff. de rebus creduis, qui nostri textus meminit.

Aliquando tamē denotat tempus post principium actus, & hoc fit ratione concordia testimoniis discordantium, (verbi gratia) si unus testis dicat aliquid fuisse factum ante nuptias, alter verò dicat post nuptias; tunc gratia reducendi testes ad concordiam, interpretabimur distinctionem, ante nuptias, scilicet finitas, & verbū, post nuptias, scilicet inchoatas, sic in simili, quando aliqui testes dicent ante publicationem, & alij post publicationem, concordabimus; si dixerimus ante publicationem finitam, post publicationem verò inchoatam: Ita tradit Angel. cons. 275. incipit Thème col. fin. nu. 7. Bart. in l. 2. §. Creditum, nu. 6. ff. de rebus creduis, & ibi, Iason. nu. 8. Decius, ibidem, in 1. lectura nu. 5. & 2. lectura nu. 12. sequitur alios Cened. dicto singulari 13. nu. 2.

Quando similiter illa dictio, ante, refertur ad actum, qui habet successuum determinatum, & concurrit favor debitoris, tunc recipit finem actus, & non principium, veluti si dicatur; promitto tibi solvere ante unum annum, vel ante Kalendas Augusti, quia intelligitur ante Kalendas finitas, & ante finitum annum, nec debitor poterit prius conveniri, l. Qui ante Kalendas 13. cum l. Sequente, ff. de verbis obligat. & ibi, Bart. nu. 1. Alex. nu. 2. l. Eam, qui 56. §. Qui ita stipulatur, ante eodem tit. ubi Glossa, verbo, ante Kalendas, communiter recepta. Vnde infertur, quod si promitto tibi solvere ante mensem Augusti, quod intelligitur ante mensem, scilicet finitum, tradit Oldradus cons. 49 ad fin. nu. 8. comprobat ex alijs Genedas, dicens esse commune dicto singulari 13. num. 3. & 4. dicam nonnulla de hac præpositione - *Ante-* cap. Quicunq; 3. num. 2. dist. 77.

**In textu, ibi, Præterita mala.**

Per mala præterita intelligit Pontifex separations subdiaconorum ab uxoribus, & uxoru à subdiaconis maritis, vocat autem, *mala*, has separations, non quia castitas ob quam fieret, secundum se mala sit, sed quia injuria utrique coniugi irrogaretur, eo quod sine proposito castitatis matrimonium contrahentes, ius habebant ad usum matrimonij, quo si privarentur sine consensu proprio, malum, & damnum paterentur contra justitiam. Hæc ergo mala, & damna vocat Gregorius præterita, non quia iam illata essent, sed quia circa contractum præteritum matrimonij essent, si violenter inferuntur:

rentur; tradit eleganter Vasquez de Sacramento ordinis, dicta disp. 247. nu. 75.

**8. In textu, ibi, Futura mala.** *Mi-*  
*el Medina lib. 2. de coniunctio, cap. 25. ad fin. exis-*  
*tunt. per mala futura, intelligi incommoda quæ*  
*ex coquio, & usu illius in sacris ministerijs*  
*consequuntur, eo quod multò melius, servata*  
*continentia, ministri ecclesiastici altaribus in-*  
*serviant, sed rectius Vasquez, ubi proximè nu.*  
*76. & 77. intelligit peccata, & damna spiritua-*  
*lia, quæ sequentur, si subdiaconi illi à thoro*  
*coniugali separarentur.*

## C A P. Sacerdotibus. II.

### S V M M A R I V M.

1. *Beda quis fuerit?*
2. *Sacerdotes semper castitatem debent ser-*  
*vare.*
3. *Dicitio, semper, quid significet?*
4. *Semper fieri dicitur quod fit ex inter-*  
*vallo.*

**1. In superscriptione, ibi, Beda.**  
**I** Fuit venerabilis, & sanctus Beda presbyter Anglus, floruit anno Domini 730. scripsit plurimam, quæ octo tomis continentur, vixit enim iugissimam vitam, usq; ad nonagesimum quartum fuisse etatis annum, quorum octoginta septuaginta exegit in monasterio, septennis enim (ut ipse scribit) traditus est S. Benedicto Abbati in monasterio Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli posito in Anglia ad Wimundam, & Ingiricum. Vide Baron. in additionibus ad Martyrologium He 29. Maij littera H. lacissimè tom. 9. annal. anno Christi 331. & seqq. Bellarm. de scriptoribus ecclesiast. ab anno Domini 700. usq; ad 800. fol. mihi tui. tibi plures tradit observationes circa sancti Bede opera.

**2. In textu.** Collige ex textu sacerdotes semper castitatem debere observare, de quo ultra posita in cap. 1. nu. 2. & in cap. Presbyteris, nu. 2. supra, dist. 27. & in cap. Deisis, nu. 2. supra, dist. 28. vide posita ad cap. Sequens.

**3. In textu, ibi, Semper.** Citat hunc textu Boer. decis. 158. num. 2. & ex illo, & alijs juribus, deducit quod ista dictio, *semper*, denotat regulam, & inducit perpetuitatem omni casu, & omni tempore; de quo etiam Caqueravus decis. 87. Pedemontana nu. 8. Parisius conf. 90. nu. 28. vol. 2. & conf. 92. nu. 11. vol. 3. idem Boer. num. 4. 7. & 8.

Avendan. l. 40. Glossa 15. nu. 1. Tiraq. de retract. Lig-  
 uag. §. 1. Glossa 9, nu. 224. plures sequitur Cened.  
 singul. 44. nu. 1. & seqq. & 2. juvat Glossa, verbo,  
 semper, in §. appellantur, iustit. de exceptionibus.

**In Glossa, verbo, Semper.** *Tenes* <sup>4</sup>  
*Gloss,* dici semper fieri, quod fit ex intervallo, & horis debitis; tradit Felin. in proemio, Rex pacificus. nu. 3. Boer. dict. decis. 148. num. 6. vers. Si autem, ubi plures citat, & nu. 10. Cened. d. collect. 44. nu. 4. adde posita ad cap. Sacrosancta, nu. 5. supra, dist. 22. & ad cap. ult. nu. 3. infra, dist. 36.

## C A P. Episcopos. III.

1. *Qui divinis inserviunt continentes esse*  
*opportet.*
2. *Panormitanus reprobatur.*
3. *Dicitio, vel, licet sit disjunctiva, aliquando ponitur copulativa.*
4. *Glossa approbatur.*

**I** N textu. Citat Petrus Crespetius in summ. col. 4. & ex illo colligit, quod qui divinis inserviunt, continentes esse opportet. Quin etiam apud Ethnicos pudicitia in sacerdotibus sunt semper commendatissima, ut liquet ex illo loco Ovid. lib. 2. fastorum, paulo post principium.

Nomen idem ramo, qui caesus ab arbore pura, Casta sacerdotum tempora fronde tegit. Sic etiam Plutarchus lib. 5. sympt. quest. 10. Egyptiorum sacerdotes appellat caulos; facit illud Virgil lib. 6. Aeneid. vers. 661. ubi Servius.

Quique sacerdotes casti dum vita manebat. Comprobat alijs Tiraq. l. 15. Connub. Glossa 1. nu. 119. quanvis Ludouicus Lacerda, Societas Iesu, in notis ad Virgil. dicto loco, alio Poetam torqueat. Adde posita ad cap. Lex continentie 10. infra, hac eadem distinct.

Vnde deducitur male Panormit. in cap. Cum 2 olim, de clericis conjugatis, num. 4. docuisse consultum iri Ecclesie, si generali statuto caveretur, ut clero nolenti continere, liceret ad nuptias convolare; cuius dictum merito reprehendit Sotus lib. 7. de justitia, q. 6. art. 1. in fine. Henr. lib. 2. de matrim. cap. 5. §. 9. littera P. in fine. Ledesma 2. p. q. 55. art. 4. ad fin. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 13. vers. Quinto. Sanch. de matr. lib. 8. disp. 8. nu. 3.

**In Glossa, verbo, Vel qui.** Docet Glossa, quod licet dictio, vel, sit disjunctiva, l. Cum ita, 16. l. Cum illud, 25. ff. quando dies legalis

legat. cedat. Clement. I. vers. Et nihilominus, ubi **Glossa**, verbo, *Vel ad ipsum, de sequest. possessionum,* tradit alia Cened. singulari 29. nu. 1. Tamen aliquando ponitur copulativè significans, et, Bart. in l. Si is, qui ducenta, §. *Virum, in 7. oppositione, nu.* 2. ss. de rebus dubijs. *Medices de definitionibus, 2. part. cap. 1. nu. 2.* tradit optimè Menoch. cons. 187. ex nu. 19. vol. 2. per textum in l. Cum quidam, §. *Melius itaq; C. de verbis. significatione, alias congerit Cenedus dict. singulari 19. num. 2. cum quo prosequere.*

**4 In eadem Glossa, ibi, subdiaconi.** Notat **Glossa** per illa verba, qui *Sacramentis inserviunt, subdiaconos indicari, qui divinis Sacramentis inserviunt, confirmat late Boverius de Repub. ecclesiastica. p. 2. lib. 2. cap. 10. §. Ex his plane, fol. 376.* Eatenus verò dicitur subdiaconus divinis Sacramentis inservire, quatenus sacra vasa, linteal, panem, & vinum ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum preparat. *Reginaldus lib. 30. tract. 1. nu. 13. Egidius disp. 20. dub. 3. Vasquez disp. 236. cap. 2. &c seqq.* quænam verò corporis, & animi puritas in illis desiderari debeat, qui proximè altari administrant diximus supra multis in locis.

## GA P. Tenere. IV.

### S U M M A R I V M .

- 1 Innocentius primus quis fuerit?
- 2 Sacerdotes non debent uxoribus suis miseri.
- 3 Verba textus fuerunt translata ex Levitico, & ex Luce Evang. nu. 4.
- 5 Sacerdotes anteneantur singulis diebus celebrare?
- 6 An possumus nos metipos laudare?
- 7 Sabbato sancto, die Parasceves, & feria 5. hebdomadæ sanctæ an possint missæ celebrari? & nu. 8. & nu. 9.

**I N superscriptione, ibi, Innocentius primus.** De quo vide posita ad cap. Quis nesciat, nu. 1. supra, dist. 11. adde Baron. tom. 5. annal. anno Christi 402. & seqq.

**2 In textu.** Nota ex illo, quod non debent sacerdotes uxoribus suis miseri, unde Epiphanius contra hereses lib. 3. cap. 78. illud ex divinis litteris observavit, Moysen postquam prophetavit, non amplius uxori suæ coniunctum fuisse; sed, & Eusebius Cesariensis. lib.

1. *Evangelica demonstrationis, cap. 9.* tradit ipsum Moysen, atq; eius fratrem Aaron, antequam ipsis Deus apparuerit, filios genuisse, postquam autem divina oracula acceperint, non amplius genitos ab illis filios esse, observat Tiraq. l. 15. connub. **Glossa** I. nu. 118. meminit nostri textus Crespetius in summa catholicæ fidei, verbo, celibatus, col. 4. fol. 163. Adde posita ad cap. Nicæna 12. infra hac eadem dist.

**Ibi, Sancti estote, &c.** Translata fuerunt hæc verba, & sequentia ex Levitico cap. 11. nu. 43. circa quorum explicationem videbis ibidem Abulens. q. 18. ante fin. & notat Rebus. in praxi part. I. tit. de forma signature, vers. Ergo Papa, Cornelium, & alios, d. cap. 11.

**In textu, ibi, Viciis suæ, & ibi, de Zacharia.** Referuntur hæc verba in cap. I. *Luci* nu. 8. & ibi, vide Maldonatum nu. 8. Qui has vices ita dicit esse alternatas in sacerdotalis muneris functione, & incensi oblatione, ut solum in sua hebdomade, quæ per sortes obveniebat, sacerdoti liceret sacris ministrare. Ita locum explicant Beda, Lyra, & D. Ambrosius.

**In fine textus, ibi, Nec præterit dies.** Innuit textus sacerdotes teneri singulis diebus celebrare. Tu dic nec jure divino, nec ecclesiastico probari; tum quia nullibi extat tale ies, tum quia multi sacerdotes pij interdum aliquibus diebus sacrificium intermittunt, imò aliqui etiam hoc consulunt ob maiorem sacrificij reverentiam. Advertit Suar. I. tom. de Sacram. disp. 80. sect. 2. vers. Dico teriò, cum quo prosèquere. Nec obest textus in præsenti, quia aut loquitur de consilio, aut loquitur disjunctivè, quasi sit sensus, sacerdotes debere omnibus diebus aliquod opus pietatis exercere.

**In Glossa, verbo, Quoniam.** Collige ex **Glossa**, quod possumus nos metipos commendare, & laudare, ut deducitur ex illis, quæ tradit Navarr. de redditibus ecclesiasticis monitu 4. nu. 2. ioyat illud Pauli 2. Corintb. cap. I. n. 5. Existimo nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Sed hoc est intelligendum, si fiat ad aliquem bonum effictum consequendum; nempe vel ad se excusandum super contrarijs foris impositis; vel ad inducendum alios ad similia operadum; quia prælati, & Doctores Ecclesiæ docere, & hortari debent verbo pariter, & exemplo.

**In Glossa, verbo, Nec præterit.** Tenet **Glossa** sabbato sancto, & die Veneris præcedente, non posse sacerdotes missam celebrare. Atq; de Parasceve, seu feria sexta maioris hebdomadæ certum est, & probatur in cap.

Sabba-

**S**abbato, de consecratione, dist. 3. & omnes DD. sine controversia hanc doctrinam docēt, rationem huius prohibitionis afferentes; scilicet, quia illa die Passio Domini ab Ecclesia recolitur pro ut realiter gesta est, & ideo non representatur mystice per consecrationem huius Sacramenti, atex D. Thom. tradit idem Suarius tom. I. de Sacramentis, d. disp. 80. vers. Secundus dies, alias congruentias adducit Durandus in rationali, lib. 6. cap. 77. Vasquez 3. tom. disp. 232. cap. 2. nu. 17. & 18. Gutierr. lib. I. Canonicarum cap. 30. nu. 35. lege etiam Reginald. lib. 29. cap. 9. iii. 170. Azor. tom. I. lib. 10. cap. 24. q. 5. Vasquez dicto tom. 3. disp. 232. cap. 2. nu. 14. & seqq. cum quo observa, eo die solum licere celebrare, antequam missa solemnis sit finita, & corpus Christi in locum designatum recondatur. Nota etiam apud nostros Bracharenses totum hunc diem esse festivum, & teneri populum ad sacrum audiendum, ac propterea plures missas celebrari solere, maxime in Collegio Societatis Iesu.

**8** De sabbato sancto maior est controversia, nam multi existimant non esse peccatum mortale eo die privatim celebrare, quia iam haec prohibitio abrogata est, & ideo per se licere, secluso scandalo. Ita Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. §. 2. agitur, sequitur Petrus Ledesma in summa de Sacramento Eucharistie, cap. 19. dubio 3. frater Emmanuel Roderic. in summa, verbo, Missa, cap. 245. conclusione 3. Gutierr. Canonicarum lib. I. cap. 30. nu. 36. Egid. de Sacrament. q. 83. art. 2. dub. 2. nu. 210. Sa verbo, missa, nu. 13. dicit probabile Suarius d. disp. 80. sect. 2. infine. Ego vero ex illo id minime licere, ut probatur in d. cap. Sabbato, & tunc Navarr. in Manuali. cap. 25. nu. 88. Francolin. de horis Canonici, cap. 30. nu. 8. & 9. Vasquez d. tom. 3. disp. 223. cap. 2. nu. 23. Reginald. lib. 29. cap. 9. num. 170. Azor. tom. I. lib. 10. cap. 24. q. 4. quia in missa illius diei nullus ponitur introitus pro missis privatis. Ergo signum est non esse dicendas, non enim sine introitu dicendas sunt. Nec dictum caput Sabbato, non celebrandi missam in die sabbati, fatus derogatum videtur contraria consuetudine, nisi pro uno duntaxat sacerdote in quavis Ecclesia solemniter celebrante. Hinc colliges in sabbato sancto cum in eum diem incidit festum Annuntiationis B. Mariæ, plures missas non esse dicendas, occasione servandi præceptū audiendi sacrum die illo festivo.

**9** In feria quinta hebdomadæ sanctæ (licet aliqui existimant eo die non licere singulis sacerdotibus missam dicere) securè possunt sacerdotes sacrificare, quanvis prudens consilium sit, secreti, & absq. concursu populi id facere. Probatur quia circa hoc non est prohibitio, ne quia etiam consuetudo, quæ vim legis habeat, cum sacerdotes docti, & timorati sine ullo scrupulo eo die sacrificent; & qui omittunt, non id faciunt, quia existiment oppositum esse malum, sed vel ex devotione, vel ob nimiam illius dici

occupationem, & alia impedimenta. Ita teneret Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. §. Secundo arguitur. Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 88. vers. At in die Iovis, Gutierr. Canonicar. lib. I. cap. 30. num. 36. in principio, Suar. d. disp. 80. sect. 2. §. Superest. Sa verbo, Missa, nu. 3. Reginald. lib. 29. nu. 170. Egid. de Sacrament. q. 82. art. 2. num. 210. Azor. tom. I. lib. 10. cap. 24. q. 5. Vasquez dicto tom. 3. disp. 232. cap. 2. nu. 14. & seqq. cum quo observa, eo die solum licere celebrare, antequam missa solemnis sit finita, & corpus Christi in locum designatum recondatur. Nota etiam apud nostros Bracharenses totum hunc diem esse festivum, & teneri populum ad sacrum audiendum, ac propterea plures missas celebrari solere, maxime in Collegio Societatis Iesu.

## C A P. Nam sicut. V.

### S V M M A R I V M.

**I** Sunt verba Paleæ.

**2** Dicitio, sicut, quid significet?

**P**Alce verba sunt, quorum lectionem, & interpretationem Doctores scribentes tanquam inutilia, & levia in praesenti abjeciunt. Adducit ille tamen epistolam D. Pauli, I. ad Corinth. cap. 7. in principio, de cuius explicatione vide Ambrosium Catherinum in eandem epistolam, §. Nolite. Porro de Palea vide posita in proposito, num. 31.

**In textu, ibi, Sicut.** Quæ dictio importat similitudinem, & aliquando omnino similitudinem, & identitatem. Vnde legatum usus fructus uxori factū, sicut habebat vivente testatore, resolvitur in alimenta propter dictio, sicut, quæ importat similitudinem. Angel. conf. 338. incipit Simon de Regio, nu. 3. Butrius conf. 19. nu. 4. vers. Item verba, quos refer, & sequitur Tuscus tom. 2. conclus. 374. num. 1. & 3. Roman. plenius, conf. 328. nu. 7. & seqq. ubi ponit multa exempla, quæ videoas; aliquando tamen non omnino importat similitudinem, si ponatur inter habet diversam potestatem, quia si dicatur, quod Episcopus possit unire beneficia, sicut Papa, non tamen omnino in hoc equabitur Papa. Tuscus dicta conclusione 374. nu. 13. Notatur in cap. Sicut, de excessibus prælatorum. Adde ad cap. Sicut, 23 num. 3, supra, distinct. 15.



## CAP. Eos. VI.

SUMMARIUM.

**1.** Abstinentes ab uxoribus debent ad sacrificia admitti.

**2.** Prepositio, Ad, quid significet? & n. 3.

**I**N textu. Dicit textus abstinentes ab uxoribus debere ad sacrificia admitti, & fuit sententia eiusdem Innocentij primi ad Exuperium Episcopū Tolitanum. Ratio huius sententiae est, quia sacrificia nostra, non carnalia, sed spiritualia sunt; ministri autem debent se conformare ministerio suo; maximè quia carnalia spiritualibus obserunt, & sunt spiritu mortificanda, ut ex D. Paulo ad Roman. cap. 8. nu. 13. ponderat Turrecrem. in præsentii, nu. 1.

**2.** In principio textus, ibi, Ad.

De qua dictione vide Tiraq. de retract. Lignag. §. I. Glossa 11. nu. 67. ubi in genere plures Doctores citat de illa differentes. Mandos. in Glossa Facult. §. Ac etiam, in verl. Ad. fol. 255. Accipitur primo inclusivè, ut si dicam; promitto tibi solvere ad diem Sancti Ioannis, nam illa dies erit comprehensa, ita quod nisi finita sit, non potero conveniri. Oldradus conf. 49. nu. 6. Sic, si dicam. Do servo meo libertatem ad annum, quo moriar, intelligitur post annum l. Qui duos, §. I. ff. de manumis. testam. multa cumulat Cened. singul. 49. nu. 1.

Accipitur etiam pro juxta, vel supra, ut in l. Quidam, ff. de servit. urban. prædior. ibi. Non licet tubulos habere admotos ad parietem, ubi Glossa expavit supra parietem, vel nimis prope, & pro hoc facit, quod tradit Bart. in l. Meminisse, nu. 4. ff. de officio Proconsul. ubi dicit, quod dictio, Ad, denotat cohærentia, ex quo infert, si statuto caveatur, quod si quis aggrediatur aliquem ad domū suam, puniatur certa pœna. Si aggrediatur in porticu, vel ostio, debet illa pœna puniri; sequitur Cened. ubi proximè, n. 2. & 3. cum quo latissime prosequere circa alias significationes.

## CAP. Silaicus. VII.

SUMMARIUM.

**1.** Laici an debeant abstinere ab uxoribus die, qua summenda est Eucharistia. & nu. 2. & 3.

**4.** Vtrum oratio necessaria sit ad salutem, & quodnam eius præceptum?

- 5.** Vtrum impleatur perorationem mentalem?
- 6.** Quale peccatum committatur in eius violatione?
- 7.** Pro quo tempore præceptum obliget?
- 8.** Pro quibus orandum?

**I**N textu, ibi, Orare non potest, nisi careat officio conjugali.

Ex hoc textu colligunt DD. quod laici debent se abstinere ab uxoribus, die, qua recipienda est Eucharistia. Tu observa primò convenientissimum esse post copulam conjugalem abstinere ea die à communione, nisi adsit aliqua justa causa; cum hoc cōsulatur in Concilio Eliberitano; refetur in cap. Omnis homo, 21. de consecratione, dist. 2. & ex Divo Augustino, & alijs tradit Sanches 3. tom. de matrimonio, lib. 9. disp. 13. nu. 4. Suarius tom. 3. de Sacramentis, q. 80. art. 8. sect. 2. infine; licet Alexander de Nevo post Butrium, in Rubr. de sponsal. nu. 28. teneat, quod dictum Concilium Eliberitanum obliget sub mortali peccato.

Observa secundò. Si debitum fuerit petitum recto fine, ut causa prolis, vel vitandi periculum incontinentiæ, nulla est culpa ad Eucharistiam ea die accedere. Ita probatur in cap. Si quis 33. q. 4. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad secundū, Sylvester, verbo, Eucharistia, 3. q. 11. §. 13. Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. vers. Secundum enim argumentum, Navarr. in Man. cap. 21. nu. 51. Suar. tom. 3. in 3. p. q. 80. art. 8. dist. 68. sect. 2. ad finem, vers. Nibilominus; post alios Sanches d. disp. 13. nu. 5. adducens rationem, quia licet in copula conjugali intercedat voluptas, & corporalis immundities, cum hæc accident ob bonum prolis, præponderant, & licite fiunt.

Observa tertio. Debitum conjugale exigens ex nimia carnis concupiscentia, & voluptatis capiendæ gratia, regulariter culpam veniale committit, si post copulam accedat ad Eucharistiam; Oritur enim magna distractio, mentisq; hebetudo, deficiente prolis bono preponderante. Tenet Abulensis cap. 5. Matthæi, q. 238. Caietanus in summa, verbo, Communio, cap. 1. de quatuor requisitis ex parte summentis in 4. requisito, Victoria in summa tit. de matrimonio, nu. 278. Sotus in 4. dist. 32. art. 3. 2. conclusione, vers. Vnum tanen. Ludovicus Lopez. 1. p. instrutorij cap. 11. §. Insuper. & cap. 80. §. Verum Vivaldus in Candelabro, p. 1: de matrimonio, nu. 263. refert alios Sanches d. disp. 13. nu. 2. & ante illos Glossa in cap. Sciat, 33. q. 4. verbo, debeamus, & in cap. Proposisti, verbo, præcepit, dist. 82.

**In textu, ibi, Orandum est.**

Sciscitaberis, Vtrum oratio necessaria sit ad salutem? Aliqui heretici contra quos Bellarmin. de benis

bonis eperiens, lib. 1. cap. 3. necessitatem orationis negarunt. Opposuit tamen dicendum est cum Bellarm. citato, & Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 28. ubi D. Agust. & D. Hieronym. adducit quatenus impugnantes Pelagium statuunt tam necessariam esse orationem ad salutem sicuti est necessarium divinum auxilium: sed hoc deside est necessarium esse ergo, & orationem. Facit

Trident. sess. 6. cap. II. consulens petere quod non possumus. Vnde infertur positam esse sub precepto, quidquid enim necessarium est, sub precepto est; ut tradit communis Theogorum schola cum D. Thom. in 4. dist. 15. q. 4. art. 1. q. 3. Navarr. de orat. cap. 3. nu. 1. & 8. Filliucius tom. 2. tit. 23. cap. 2. Hoc autem præceptum est divinum, non tamen positivum à Christo Domino specialiter datum, sed est naturale ac proinde semper, & in omni lege obligans. Quo pacto vero naturale dicatur? Vide apud citatum Suar. d. cap. 29. nu. 3. & Filliucium, citato loco, nu. 41.

**5** Quæres primo. Vtrum hoc præceptum de quo loquimur impleatur per solam orationem mentalem? Affirmans respondeo cum citato Suar. nu. 5. D. Thom. q. 83. art. 12. Med. q. 1. de oratione, Azor. lib. 9. cap. 37. & Filliucio, nu. 42. & probatur quia oratio mentalis sufficiens est ad obtinendum à Deo quidquid necessarium est ad salutem, sed totum fundamentum huius præcepti est necessitas, juxta illud D. August. lib. de natura, & gratia, cap. 43. Impossibilia non jubet, sed admonet jubendo, & facere quod possis, & petere quod non possis: ergo per se solum obligat ad orationem mentalem.

**6** Quæres secundo. Quale peccatum cōmititur in violatione huius præcepti? Respondetur valde probabile esse omissionem orationis nūquani esse speciale peccatum, sed idem cum eo quod opponitur virtuti ad quam erat oratio necessaria. Ceterum D. Thom. præceptum orandi ad solam religionis virtutem spectare docet, 2. 2. q. 83. art. 3. ad 2. quem sequitur citatus Suar. cap. 30. nu. 10. uno tamen vel alio modo dicas, afferunt Greg. à Val. 2. 2. disp. 6. q. 2. punto. 3. §. Exquo sequitur, & Reginaldus, tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 69. orationem esse sub peccato mortali cum præceptum sit de re gravi, utpote necessaria ad salutem, consule Navarr. de orat. cap. 3. nu. 14.

### 7 In textu, ibi, Semper orandum.

Non inferas hanc obligationem esse pro omni tempore, hoc enim dogma hæreticorum fuit, ut refert D. August. heresi 57. illa vero continuitas non est humana, sed Angelica, quapropter nequit ad impleri in hac vita. Et idcirco fatemur cum Catholicis nullum determinatum esse tempus orandi, sed præfixum esse præceptum pro necessitatis articulo; dummodo alias non diutissime differatur. Adi Greg. à Val. citatum,

& Navarr. nu. 5. Reginald. nu. 73. Suar. cap. 30. iiiii. 16. ubi affirms hoc præceptum sicut, & alia affirmativa quāquam non habeant tempus certum, non esse actus eorum admodum differendos cum necessarij sint ad vitam recte instituendam. Vnde credit non esse permittandam dilationem unius anni, nec fortasse unius mensis.

**In textu, ibi, Pro populo.** De oratione publica alibi dicendum veniet; de privata autem ibi cōmodius differemus interim scias nemini in particulari quandiu vivit, negādam esse orationem; sicut, & omnes proximos ex charitate diligere tenemur. Consule Greg. à Val. punto 8. §. Nibilominus, disp. 6. q. 2. & Suar. tom. 2. de relig. lib. 1. cap. 13. 14. 15. & 16.

### CAP. Si quis vituperat. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicantur qui nuptias vituperat.
- 2 Quid de fide tenendum hac in re?

**I**n textu. Collige ex illo anathema esse i qui nuptias vituperat, & ad hoc citat textum Ovandus in 4. dist. 26. pio positione 7. q. Per bac, qui eum adducit contra Tatianos hæreticos dicentes, nuptias esse illicitas, & pares fornicationi. Cathari quoque hæretici de Sacramento matrimonij, sentiunt semper fuisse mortale peccatum, & quod non punietur quis gravius in futuro propter adulterium, vel incestum, quam propter legitimum conjugium. Ita docet Raynerius in summa de Catharis, & Leonistis, quem refert Petru ad Director. 2. part. cōmentario 38. littera F. Simon Saturnius, & Gnostici Manichæi matrimonium à Deo non esse, proinde nec Sacramentum esse docuerunt, sequuntur hæretici nostri temporis, ut Lutherus, Calvinus, & alij, quos refert, & confutat Bellarm. de matrimonij Sacramento, lib. 1. cap. 1. Imò Durandus in 4. dist. 26. q. 3. matrimonium Sacramentum non nisi equivocè dici posse autumat.

Sed contrarium de fide tenendum est, ut docet noster textus, expressit Concilium Toletanum 1. sub Innocent. 1. Canon. ult. Extat etiam decretum Concilij primi Bracharenſis (ex typo mandatis) sub Honorio 1. Can. 11. contra Manichæum, & Priscillianum dominantes conjugia. Concilium Parisiense 3. lib. 3. cap. 2. quæ omnia recenset Petrus Crespetius in summa Catholicæ fidei, verbo, nuptia, poti principium, & est textus in cap. Ad abolendam, de hæreticis. Sacrosancta Trid. Synodus sess. 24. de

*I de matrimonio can. I. & ex pluribus scripture locis  
et Patribus comprobatur latissimè Bellarminus de  
Sacramento matrimonij, dicto lib. I. cap. 2. & 3. cum  
quo prosequere. Adde posita ad cap. Si qua mul-  
ti, 3. nu. I. cap. Siquis propter, 4. supra dist. 30.*

## CAP. Quicumque. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatur qui nuptias horrescunt.  
2 Dicitio, nec quid significet?*

**I**N textu. Nota excommunicari illos, qui  
nuptias horrescunt; de quo vide  
posita ad cap. supra proximum, num. I. & 2.

**Ibi. Nec.** Quæ dictio est implicativa ex  
textu in l. sacra loca, §. Muros,  
ubi *Glossa*, verbo, *Nec resicere*, ff. de rerum divisio-  
ne, l. Nec avus cū *Glossa*, Cod. de emancip. liber. I. Nec  
nos Cod. de captiuis, ubi *Glossa* I. Bart. in l. si finita §.  
Si vestigalibus, nu. 13. de publicanis. Parisius conf. 36.  
num. 9 vol. I. citat alios Cened. singul. 63. num. I.  
Habet etiam vim continuandi eandem materi-  
am Bart. in l. 2. ff. de solutionibus, per textum ibi, in  
vers. *Nec cogitur*, ubi *Glossa*, Parisius conf. 111. nu.  
25. vol. I. ubi dicit quod natura huius dictionis  
est continueare ad proxima, ideo si mandatur  
alicui, ut deponat aliquem si reperiatur eum malæ  
vitæ, nec sufficientem in litteris, requiruntur  
duo copulativa, quod sit malæ vitæ, & non suf-  
ficiens in litteris. Bald. conf. 482. casus talis est  
lib. 5. quem sequitur Tusclus conclus. 312. nu. I. vol. 2.

## CAP. Lex continentiae. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopis, & presbyteris imponitur lex  
continentiae.  
2 Diaconi, & subdiaconi ministrant altari.  
3 Status qualiter mutetur?*

**I**N textu. Collige Episcopis, presby-  
teris, & ministris altaris impo-  
ni legem continentiae, & ad id citat nos-  
trum textum Petrus Crespetius in summa cathe-  
clicæ fidei, verbo, *cælibatus*, col. 4. fol. 163. juuat Cle-  
mens primus, lib. 6. constitutionum Apostolicarum, cap.  
17. ubi sic statuunt Apostoli. *Episcopum, & pres-  
byterum, ac diaconum dicimus unius uxoris debere con-  
stitui, sive vivant eorum uxores, sive decesserint. Non li-  
cere autem his, si post ordinationem sine uxore fuerint  
ad nuptias transire, &c.* Porro Dionysius Arcopa-

*gita sepius meminit cœlibatus sacerdotum, lib.  
ecclæsticæ hierarchia, p. 3. cap. 3. dum de sacra  
communione loquitur. Vnde Origenes homilia 4.  
in Levit. Ante omnia (inquit) sacerdos, qui divinis assis-  
tit altaribus, castitate debet accingi. Ioannes Chrysostomus  
homilia 2. de pœnitentia Job, ait. Oportet enim  
omni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse; ut la-  
tissime cumulat Petrus Crespetius d. verbo, *cæliba-  
lus*, per totum. Adde posita ad cap. Episcopos, 3.  
supra, bac eadem dist.*

**In textu, ibi, Ministris.** Scilicet dia-  
conis, et sub-  
diaconis, qui ministrat altari, ut exponunt Bella-  
mera in praesenti, & Turrecremata in principio, quo  
verbo in hunc sensum utitur Concil. Trid. sess. 23.  
can. 6. ut ex ponit Vasquez disp. 238. cap. 2. a nu. 13.

**In Glossa, ibi, Propter muta-  
tionem status** Status qualiter mutetur, &  
acquiratur, vide per Ripam  
in cap. Cum Ecclesia sutrina, de causa possess. & propriet.  
nu. 92. late Tusclus tom. 7. cons. 421. Atque muta-  
tio status quid operetur, vide per eundem Tusch.  
tom. 5. conclusione 436. Adde quod mutatio, & alteratio status inducit mutationem dispositionis  
circa rem mutatam, ideo bona emphyteutica si  
mutentur, & fiunt libera, perdunt naturam em-  
phyteuticam. Anchær. cons. 143. Casus est nu. 4.  
Vnde variato statu rei, & personæ, variantur  
conventiones, pacta, privilegia, & omnes dis-  
positiones. Anchær. cons. 204. punctum unius, ad  
finem, optime Tusch. d. conclus. 436. nu. 6. & 10.

## CAP. Omnino. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Apostoli iussierunt, ut clericci non abij-  
ciant uxores à cura sua.  
2 Episcopus debet habere uxore, ut sorore.  
3 Clericus potest filias dotare de bonis Ec-  
clesie.  
4 Potest etiam sororibus dotem constituere.*

**I**N textu. Collige ex textu Apostolos  
iussisse, ut clericci non abij-  
ciant uxores à cura sua, et si eas debeant re-  
linquere quoad thorum, debent eas adhuc  
alere, & in omnibus providere: id quod expo-  
suit Concil. Tzullan. Canon. 92. ubi dicitur, quod  
Episcopi uxori debet in monasterio aliquo de-  
gere, & providentia Episcopi viri sui frui; tra-  
dit Sotus in q. dist. 38. quest. I. art. I. vers. Pluribus.  
Bellarminus lib. I. de clericis, cap. 21. vers. Ad pri-  
mum, qui uteq; nostri textus meminere, ex qui-  
bus

bus adde nostrum textū non dimanasse à Leone 9. ut in Rubro dicitur, sed ab Humberto Cardinali, in lib. contra Nicetam, *Boverius de Republica ecclesiastica*, part. 2. lib. 2. cap. 10. §. Hinc tamen, fol. 384.

**2 Ibi, Mulierem sororem.** Idem dis-  
posuit Cō-  
cil. *Tuonens. 2. Canon. 8.* ubi dicitur, quod Epis-  
copus conjugatus debet habere uxorem, ut so-  
torem, & eius curam gere, absq; suspicione tā-  
men carnalis commercij advertit *Bellarminus lib. 1.*  
*de clericis*, dict. cap. 21. vers. Ad primum, eleganter  
*Vasquez de ordine*, disp. 249. §. Neque eo tempore.

**3 In Glossa, De mercede.** Docet *Gloss.*  
clericum habentem filios, & filias spurias de  
bonis Ecclesiaz, posse ipsos pascere, & illas do-  
tare, ut tradunt *Palatius in repetitione*, cap. 1. §. 23.  
nu. 13. *Cosmas in pragmatica*, tit. de cōcubinis, §. Ipsas,  
verbo, cohabitare, ad fin. *Navarr. de spolijs clericorum*, §. ult. nu. 11. *Avendan. respons.* 10. nu. 5. *Bar-  
bosa in l. 1. 4. part. num. 133. ff. soluo matrimonio.*  
Nam qui debet filias alere, debet eas dotare,  
cum dos succedat loco alimentorum, secundū  
cōmunem, de qua testatur *Navarr. d. nu. 11. post  
Bart. in l. Vxorem*, §. *Pater naturalis*, ff. delegatis, 3.

**4** Vnde consequitur, teneri etiam clericos ex  
fructibus beneficij sororibus dotem constitue-  
re, ut tradit *Lara in l. Si quis à liberis*, §. Idem res-  
cripsit, nu. 96. de liberis agnoscend. *Garcia in tractatu*  
*de expensis*, cap. 3. nu. 32. *Tiraq. tractatu primogenio-  
rum*, q. 62. nu. 2. *Boer. decis.* 129. nu. 8. notabiliter  
*Navarr. in Appologia de redditibus*, quæst. 2. monitu 26.  
nu. 2. DD. per textū ibi, in cap. Per venit, de arbitris,  
*latissimè Barbosa in l. 1. 4. part. à nu. 132. ff. soluto  
matrimonio*, cum quo ampliabis, & limitabis.

## C A P. Nicœna. XII.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Paphnutius quis fuerit?*
- 2 *An presbyteri possint matrimonio uti?*
- 3 *Gratianus defenditur.*
- 4 *Sozomeni historia an sit vera?*
- 5 *Canon tertij Concilij Nicœni explicatur.*
- 6 *Opinio Authoris.*
- 7 *Vasquez reprobatur.*
- 8 *Hæretici affirmantes posse à sacerdotibus  
matrimonium contrahi.*
- 9 *L. 39. tit. 6. part. 1. rejicitur.*
- 10 *Abbates an teneantur venire ad Concilij*
- 11 *Mulier quæ transit ad secunda vota, an  
perdat legatum sibi relictū, si castè vixerit?*

**I N superscriptione, ibi, Paphnu-  
tij.** Fuit Paphnutius monachus civitatis  
cuiusdam, in superiore Thæbaide sitæ  
Episcopus; vir sane adeo sanctus, & pius, ut  
nonnulla miracula ab eo ederentur. Huic qui-  
dem persecutionis tempore, oculus est effossus;  
Imperator igitur Constantinus hominem in  
magno honore habuit: sæpius illum ad Re-  
giam suam accersivit, oculum erutum exoscu-  
latus est, tanta enim pietas adversus sanctos vi-  
ros, in animo Imperatoris insidebat, ut tradit  
*Socrates lib. 1. historia ecclesiastica*, cap. 8. *Ruffinus*  
*lib. 10. historia*, cap. 4. *Vasquez de ordine*, disp. 247.  
nu. 39.

**In textu.** Notabis presbyteros, dia-  
cos, & subdiaconos postle cū  
suis uxoribus, quas ante habebant, matrimonio  
uti, quod videtur contra cap. 1. & notata in cap.  
*Tenebre*, nu. 2. & cap. *Omnino*, nu. 1. & 2. supra, hac  
eadem dist. Præterea pugnat cum verbis *Epiphani*  
j hæresi 59. ubi ait esse contra Canones ecclesi-  
asticos, quod sacerdos, vel diaconus liberos gi-  
gnat; & cum verbis *Hieronymi lib. contra Vigilantium*, in principio, ubi dicit in Oriente, & Aegy-  
pto non esse licitum sacerdotibus, & diaconis  
uxoribus uti. Vnde *Sotus lib. 7. de justitia, & jure*,  
q. 6. art. 2. conclus. 3. ad fin. & in 4. dist. 38. q. 1.  
art. 2. vers. Restat, dicit hanc historiam inter Ca-  
nones Nicœnæ Synodi non extare; sed illam  
*Gratianum*, ex *Cassiodoro*, desumpisse, lib. 2. tri-  
partite, cap. 114. Item docent *Turrianus in lib. de*  
6. 7. & 8. *Synodo generali*, pag. 60. *Bellarmin. lib. 1.*  
*de clericis*, cap. 20. vers. Respondeo, dicentes ex ve-  
teribus neminem præter *Sozomenum*, & *Socra-  
tem*, huius rei mentionem fecisse, quorum al-  
ter, scilicet *Socrates*, multa falsa in *historia Concilij Nicœni confinxit*; *Sozomenus autem à San-  
cto Gregorio reprobatur*, lib. 6. epistola 31. ma-  
xime cum in *Can. 3.* ipsius Concilij Nicœni  
prohibeatur episopis, presbyteris, & diaconis  
ullam domi mulierem habere, præter matrem,  
sororem, & amitam.

Sed fortassis potest Gratianus defendi, quia  
non plane convincitur historiam de Paphnutio,  
quam in præsenti recitat, confictam, & ap-  
crypham esse; nam eam multi viri approbant;  
extat enim id factum in Nicœno Græco, quod  
manuscriptum circumfertur apud Italos, ut tra-  
dit *Covar. 2. p. de sponsal.* cap. 6. §. 3. nu. 1. ad fin.  
multa in confirmationem adducit *Henriq. lib. 10.*  
*de Sacram. ordinis*, cap. 14. nu. 5. littera S. *Greg. Lo-  
pez part. 1. tit. 6. l. 39. Glossa 2. Azor. tom. 1. inflit.*  
*moral. lib. 13. cap. 13. §. Inter catholicos.* Demum  
in eodem Concilio Nicœno, quod nuper *Alphon-  
sus Pisanus*, è Societate Iesu, ex Cod. Græco in  
Latinum translulit, & excudi curavit, lib. 2. cap.  
ult. hæc historia inter acta, & disputationes Co-  
ciliij habetur, latissimè nititur hæc omnia com-  
probare

probate Vasquez de Sacram. Ordinis, disp. 247. cap. 3.  
ann. 35. & seqq. quem omnino vide.

Nec obstat, quod Sozomeni historia (teste Gregorio) ab Ecclesia non recipiatur, propter causas ab ipso Gregorio memoratas; hoc enim non est ita accipiendo, ut in omnibus mentium fuisse credamus, sed in illis, in quibus mendacium manifeste comprehenditur. Non obstat etiam doctrina Epiphani, & Hieronymi. Nam cum lex de servanda continentia cum uxoribus matrimonio ante ordines consuntur (licet a tempore Apostolorum ceperit, ut etiam probat Sot. de just. lib. 7. q. 6. art. 2. conclus. 3.) fuerit ecclesiastica, poruit tempore Concilij Nicenae consuetudine esse abrogata, & ideo voluisse Patres illos eam renovare. Paphnutius vero, quia id facile fieri posse non videbat, consiluit permittendum esse abusum, potiusquam nationem Graecam detinendam, postea autem tempore Epiphani, & Hieronymi poruit eadem lex consuetudine licetua robosari, & vires sumere. Advertit Vasquez l. cap. 4. n. 403 praeivit Sotus in 4. dist. 38. q. 1. art. 2. ad fin. verl. Resolutamen. Velletia potest responderi, voluisse Patres Concilij gravibus peccatis constituerem in clericos incontinentes, quales tunc aliquos fuisse ex Epiphani, & Ambrosio constat, & Paphnutius squaliter non esse id facienda, ut solvit Bellarm. d. lib. 1. de clericis, cap. 20. verl. At tempore, quem vide lib. 1. de Concil. cap. 18. ad fin. verl. Respondeo.

Non obstat in super Can. 3. Concilij Nicenae. Primum, quia in illo non tantum cum initiatis sacris ordinibus, sed cum toto clero sermo est; quare si usus cum proprijs uxoribus prohibetur, hoc praeceptum omnibus in minoribus ordinibus constitutis etiam indicaretur, quod haec etiam in Ecclesia Latina inauditum est; praeterea sacris ordinibus initiati nunquam coacti sunt proprias uxores, quas ante ordines dixerant, domo expellere; hoc autem Canone aperte prohibetur has mulieres domi habere, & solum permittitur habere matrem, sororem, amitam, vel aliam, de qua nulla mala suspicio haberi possit. Unde videtur Concilium non loqui de uxore, sed de extranea suspecta muliere. Ita Henriquez lib. 10. de Sacram. Ordinis, cap. 14. §. 8. littera B. in fini probat latius Vasq. de ordine, d. cap. 4. n. 41. & seqq. & disp. 249. cap. 6.

Mihi tamen semper eiususpecta haec historia Concilij Nicenae, & confusa visa est, cum mitum sit Nicenij Concil. actatam accurate descripta, in iis, que huius historiae, ne quidem verbum, aut vestigium apparere. Nec veritati consentaneum est, quod dicit Sozomenus nullum a Patribus ea de re sanctum esse Canonem, quia non volebant cogere quemquam, sed reliquaque cuique liberum, quod vellet facere. Sed quomodo sine decreto scriptis prodito, potuit

**I**NTEXTU. Notabis ex illo quod subdisco-  
nis uxorem ducere non licet,  
de quod vide posita ad cap. Multorum in i. supra  
liberum est. Addit. Crespium in summa casibus  
filiis sacro, celibatis sol. 165. qui in altero textus  
. . . . .

**2** **moi.** In fine textus, ibi, licentiam  
dicitur. Ex his verbis controvertit Glossa  
in praefati, an possit Pontifex dare  
tributacionis licentiam contrahendi, & affirmati-  
tive respondendum est cum tantum jure ecclesias-  
ticis sit annexa continentia ordini sacro, ut  
sepe Iepius dictum manet, & tradit. Vincentius  
Filigenius Moralem question. tom. I. tradit. 10. cap.  
4. n. 120. Vnde hanc opinionem late firmat San-  
ches lib. 8. de matrimonio, disp. 8. n. 1, & seqq.

Dubium autem in iungit, an ad id facienda  
debet regeretur causa publica. Tu resolve, quod si  
legitima causa Pontifex dispensaret, ut sa-  
crae initiatu uxores ducant, peccaret utique, at  
quod matrimonium teneret, ut docet sotus in 4. dist.  
38. q. 1. art. 1. ad fin. corporis vers. Quod si mihi Leg.  
2. 4. q. 55. art. 3. post principiu, refert alios Sanch.  
lib. 8. de matrimonio, disp. 8. n. 4. ac sacerdos cum  
quod dispensatum est, ut matrimonium ineat,  
postquam clericatum deserit, habuum scula-  
rem inducens, non tenetur officium divinum  
recitare, ut bene probat idem Sanchez dicta disp.  
8. n. 1.

**4** Major est difficultas, an possit Pontifex dis-  
pensare invoto solemnii castitatis monachoru?  
Duplex est sententia. Prior negat posse Pontifi-  
cem dispensare ex textu in cap. Cum ad monasteriu,  
ad fin. de statu monachorum, docet D. Th. 2. 2. q. 88.  
art. 1. Sot. lib. 7. de just. q. 4. art. 2. & in 4. dist. 38.  
q. 2. art. 2. conclusione 2. Sylvester, verbo, votum 4.  
q. 5. Mandosius de signatura gratiae, verbo, commutatio,  
col. pen. vers. Verum opinio negativa, Glossa in d. cap.  
Cum. ad monasterium, verbo, abdicatio, &c in cap.  
Sum quidem, verbo, Apostoli, ad fin. 25. q. 1. alios  
refert Sanchez lib. 8. de matrimonio. d. disp. 8. n. 6.

**5** Contraria opinio probabilior apparet, quia  
auctoritate Pontificiae nihil denegandum sit,  
quod absq; absurditate concedi valet, atq; ad re-  
gimen Ecclesie expediens esse potest; & ita tra-  
dunt Paludanus in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. conclusione  
4. n. 8. Divus Antoninus, 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 9.  
Caietanus 2. 2. q. 88. art. 1. Toledo in summa lib. 4.  
cap. 18. n. 5. Henr. lib. 12. de matrimonio, cap. 5.  
n. 7. Azor. tom. I. instit. moral. lib. 12. cap. 7. q. 1.  
Ioannes Andr. in cap. Cum ad monasterium, n. ult. de  
statu monachorum, ubi Innoc. n. 1. & 4. Abb. n. 12.  
Navarr. in summa cap. 12. n. 75. Covarr. in cap. 2.  
n. 10. & 11. de testam. Menoch. de presumpt. lib. 2.  
presumpt. 10. n. 35. & de arbitrar. lib. 2. t. asu 421.  
n. 10. Guiterr. lib. 1. Canonicarum, cap. 17. n. 5.  
multos congerit Sanchez d. disp. 8. n. 7. Lessius,  
lib. 2. de voto, cap. 40. dub. 14. per totam, imo Pö-

tis ex sape usus est hac potestate. Nam Alexan-  
der 3. dispensavit cum Nicolao Justiniano mo-  
nacho professo, ut possit uxorem ducere, ne  
tam illius familia exinguatur, ex qua sus-  
ceptis filiis redit ad monasterium. Auctor est  
Volaterranus lib. 4. Historia, & Platina in Calestino 3.  
refert, dispensatum cum Constantia filia Regis  
Sicilie moniali professa, ut nuberet Henrico  
Sexto, His adde Rebalius lib. 2. q. 3. n. 7. Bonaci-  
nus de matrimonio q. 3. punct. 9. 4. Hac de causa,  
Reginaldum lib. 31. n. 193. ubi universim affir-  
mat, posse sumendum Pont. dispensare in omni  
impedimento merejuris ecclesiastici. Idem te-  
net Egid. d. 26. dub. 13. n. 33. Vasq. 3. p. disp. 149.  
cap. 1. & alij apud eum.

**CAP. Nullus. V.**  
S. V. M. M. A. R. I. V. M.

**1** **Nicolaus secundus quis fuerit?**

**2** **Missa presbyteri concubinam habentis,**  
an debet audiri? & n. 3. & 4.

**3** **Subintroducta mulier, quae dicatur?**

**CAP. Si duxero.**

**I**N superscriptione, ibi, Nico-  
laus. Nominis secundus, qui in epistola,  
qua extat omnibus Episcopis ca-  
tholicis, scripta se in Concilio, quod Romæ ha-  
buit centum tredecim Episcoporum in Basili-  
ca Costantiniana, hunc Canonem edidisse, ut  
tradit annotatione Gregoriana in praesenti latere  
Baron. tom. II. annal. anno Christi 1059. paulo post  
principium, §. Hoc eodem anno, plane de ipso Ni-  
colao vide posita ad cap. 1. n. 1. supra, dist. 22.

**In textu.** Colligo ex illo non debere au-  
diri missa presbyteri concubi-  
nam habentis, de quo vide Beinard. Diaz in pra-  
dicta, cap. 73. verbo, Concupinarij, ubi Salzedo addi-  
tione 1. Ferdinand. Paez in repetitione, cap. Missas, 2. p.  
198. & seqq. Covarr. in cap. Alma mater, p. I. §. 2.  
n. 10. Navarr. in cap. I. §. Laborcs, n. 10. de pa-  
nit, dist. 6. Sylvest. in summa, verbo, Clericus, 2. n. 4.  
& verbo, Missa, 2. num. 3. Gaeta. in repetitio,  
cap. Ad limina, 39. q. I. §. I. ex n. 138. late  
Gutierr. lib. I. canonicarum, cap. I. ex III. 44. alios ad-  
ducit Cepedo collectan. 19. Ad Decretum, n. I. vide  
cap. Vesta. cap. Quesuum, de cohabitatione clericorum,  
& mulierum, addit. posita ad cap. Pictor, n. 2. in-  
fra, codem. Cornitalum respons. moral. lib. I. q. 57. III.  
8. & seqq.

Sed tamen decisio huius textus, & aliorum  
jurium hoc idem statuentium, hodie modifica-  
ta est per Martinum quintum in Extravagante

*ad evitanda*, quæ postea in Concilio Basiliensi anno Domini 1435. renovata est in Ies. 20. & iterum à Concilio Lateranensi habitō iub. Leone 10. Ies. 11. ut non procedat nisi postea quam suspensio clerici concubinarij publicata fuerit per superiorem, eo enim casu concubinarij sacramenta sunt vitanda, & in alijs casibus, exceptis in dictis Martini quinti, & Concilio Basiliensi canonibus; alias autem à presbyteris fornicarijs, vel concubinam habentibus bene possunt audiri missarum solemnia, & alia Sacramenta recipi, ut post supra citatos resolvunt Alphonsus de Castro de lege pœnali, lib. 1. cap. 7. vers. Tertio ex eodem, Didacus Spino in speculo testamentorum, Glossa 3. prim. ipali, ex nu. 43. Gutierr. Canonicarum lib. 1. cap. 1. nu. 65. Cenedo d. Collectan. 19. nu. 2. Suar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 4. nn. 16. latissime tom. 3. de Sacramentis, disp. 18. sect. 1. & disp. 88. sect. ult. §. Ultimum caput excusationis, Comitolus respons. moral. lib. 1. q. 57. nu. 13.

4 Notabis tamen, quod etiam post Extravagantem Martini, nulla suadente necessitate, publicos inducere concubinarios ad Sacra menta ministranda, aut ad missam celebrandam nemo sine mortifica culpa potest, cum sit contra ius naturale quempiam inducere ad peccandum, ut post D. Thom. tradit. Comitolus dict. quest. 57. num. 14.

5 **Ibi, Subintroductā mulierem.**  
De subintroductis mulieribus, vide posita ad cap. Interdixit, 16. infra, hac eadem dist.

## CAP. Praeter. VI.

### S V M M A R I V M.

- 1 Alexander secundus quis fuerit?
- 2 Non est audienda missa presbyteri concubinarij.
- 3 Clericus publicè concubinarius, si celebret, an incurrit suspensionem? & num. 4. & 5.
- 6 Clericus acedens in concubinatu, an carcat ecclesiastica sepultura?
- 7 Putant aliqui dari præceptum ecclesiasticum de oblationibus solvendis.
- 8 Verius est non dari.
- 9 Quatuor tituli ex quibus oblationes debet possunt.
- 10 Tres declarationes Suarj circa tertium titulum.
- 11 Authores agentes de quarto titulo.
- 12 Prohibetur iniqua exactio oblationum.

- 13 An in jure sit aliqua pœna contranona solventes oblationes?
- 14 Recipiens ordinem ab excommunicato an maneat suspensus?
- 15 Summus Pontifex an possit laicis committere jurisdictionem spiritualem? & num. 16.
- 17 Que Sacra menta ab hereticis recipi possint?

**I**N superscriptione, ibi, Alexā-  
der secundus. Anselmus primò vo-  
catus, Episcopus Lu-  
censis, patria Mediolanensis, absens Pontifex  
creatur anno Domini 1061. At vero Cisalpini  
Episcopi volentes, ut de suo numero aliquis  
eligeretur Pontifex, ab Henrico Imperatore  
obtinuere, ut alter quoq; crearetur Pontifex.  
Mox eligendum curant Cadalum Parmensem  
iam Episcopum PseudoPontificem, qui Hono-  
rius secundus fuit vocatus, sed Henricus cogni-  
to errore ad se rediens, Alexandrum rogit, ut  
Concilium Mantuae indicat: eo proficiscuntur  
onites ad quos pertinere videbatur Ecclesiæ  
salus, anno Domini 1064. ubi compositis rebus  
Imperator se non solum in gratiam Pontifi-  
cis redit, verum etiam precibus ab eo impe-  
travit, ut & Cadalo veniam petenti ignosceret.  
Vide Platinam in ipso Pontifice, ubi Onufrius Panyin.  
Baron. tom. 11. annal. anno Christi 1061. & seqq.  
Mortuus est Alexander Romæ 10. Kalend. Maij  
cum sedisset annos 11. menses 6. & dies 22. ut  
tradit Baron. dict. anno, ubi refert nonnulla Ale-  
xandi Papæ miracula.

**In textu.** Nota ex illo, quod non est au-  
dienda missa presbyteri, qui  
concubinam habet, sed iam hodie limitabis p  
Extravagante ad evitanda, Martini quinti, ut no-  
tavimus in cap. Nullus, nu. 2. & 3. supra, eodem.  
Porro prædicti, extravagantis tenorem referunt,  
& interpretantur Felin. in cap. Rodulphus, nu. 39.  
de rescriptis, Decius in cap. à nobis, nu. 21. de excepcionibus.  
Rebus. in Concordatis, tit. de excommunicatis non  
vitandis. Gutierr. lib. 1. Canonicarum, cap. 1. ex nu. 1.  
Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 35. Covar. in cap. Al-  
ma, 1. part. §. 2. num. 7. Peres lib. 8. Ordinamentis,  
tit. 5. l. 1. col. 1. Alphonsus à Castro lib. 2. de lege pœ-  
nali, cap. 5. vers. Circa istos. Videatur Salzedo in  
practica criminali, cap. 79. nu. 2. ubi nostrum tex-  
tum refert.

**Ibi, Missas non cantet.** Ergo cle-  
ricus pu-  
blicè concubinarius, si celebret, suspensionem  
incurrit, ut tradunt D. Antoninus in summa, 3. part.  
tit. 27. cap. 3. Paludan. in 4. dist. 27. q. 4. nu. 6. Sylvest.  
verbo, concubinarius, §. 4. Villadiego de irregularitat.  
cap.

capita suspensione, col. 3. Bernard. Diaz in practic. cap. 73. Navarr. in Manual. cap. 25, num. 76. & cap. 27. nu. 154. & post Hostiensem, Abbatem, & alios, tradit Covar. in Clement. Si furiosus, part. I. §. 1. nu. 5. Comitolus respons. moral. lib. I. q. 57. nu. 4. & seqq. Mench. de arbitrat. casu 418. Rebus. de decimis, q. I. 3. na. 9. licet in explicando modo huius suspensionis, magna sit varietas inter eosdem authores, de qua varietate videbis Suar. de censur. disp. 31. sect. 4. nu. 5. & seqq.

**4** Alia est opinio affirmans, nullum clericum incurere propriam suspensionem, propter crimem concubinatus, quantumvis notorium; ut tenet Sotus in 4. dist. I. q. 5. art. 6. ad secundum, & §. In contrarium autem, & dist. 13. q. 1. art. 9. conclus. 2. ne ipsi clericis se exponant periculo maioris scandali, & ruine; sequitur Medin. in summ. lib. I. cap. II. §. 8. post alios Henriquez lib. 9. de sacrificio misse, cap. 25. nu. 13. littera S. dicit probabile Suar. de censur. disp. 31. sect. 4. num. 1. & 12, ubi dicit, quod non satis ex iuribus colligitur hec suspensio. Vide Azor. lib. 6. cap. 7. §. Quinta queritur.

**5** Tu resolve quidquid sit de jure antiquo; ho-  
die tamen non est in usu huiusmodi suspensio,  
nec incurritur ipso jure, quantumvis concubinatus sit notorius; probatur ex Trid. sess. 25. cap.  
14. de reformat. ubi clericis concubinariis impo-  
nuntur variæ poenæ, & priusquam eas incur-  
rant, dicitur esse monendos semel à suis præla-  
tis, & deinde privandos tertia parte fructuum  
beneficij; si secundæ monitioni non paruerint,  
omnibus fructibus ipso facto privantur; si per-  
tinaces fuerint, mandatur ut perpetuo benefi-  
cijs spolientur, atq; excommunicentur, ut be-  
ne comprobavit Suar. d. disp. 31. sect. 4. nu. 10. Vi-  
centius Fillius tom. I. question. moral. tractatione 17.  
cap. 7. nu. 124. Sayrus de censuris, lib. 4. cap. 15. nu. 24.  
ad finem. Bonacina de matrimonio, q. 4. punct. 14.  
nu. 19. Zerola, verbo, Concubinarij. Salzedo cap. 79.  
num. 2. & 3.

**6** Dubitari potest, an clericus qui decessit in  
concubinatu, sit in ecclesiastica sepultura sepe-  
liendus? Turrecremata in presenti, conclusione 2. ait,  
clericum notorié concubinarium viventem, &  
sic perseverantem usq; ad mortem sine pœni-  
tentia, non esse cum alijs fidelibus sepeliendum  
ex textu in cap. Quæsum, cap. Quibus. 13. q. 2. cap.  
Placuit. infine. 23. q. 5. sequitur Navarr. in Manuali.  
cap. 25. nu. 82. Mirum in modum commendans  
sententiam Turrecrematæ; eamq; dicit esse tan-  
to authore dignam; notans contra eos, qui cum  
supremum vitæ diem agunt concubinarij, can-  
dellam tenendam concubinæ tradint; prosequi-  
tur eleganter Comitolus lib. I. respons. moral. quest.  
58.

**7** Ibi, Deinde ut decima. Certum est dati  
præceptum divinum de decimis, prout est de

congrua sustentatione ministrorum legis gra-  
tie, I. Corinb. 9. nu. 21. I. Timoth. 5. nu. 18. & ec-  
clesiasticū de quota 16. q. 1. & toto tit. de decimis,  
Trident. sess. 25. cap. 12. Certum etiam est dari  
præceptum de primitijs, ut videtur colligi cap.  
Decimam, I. de decimis, & cap. Revertimini, 16. q. 1.  
quāvis consuetudine passim sit abolitum. Que-  
runt tamen Doctores. Vtrum præter hæc duo  
præcepta decimarum, & primitiarum detur  
etiam præceptum de solvendis oblationibus,  
prout oblationes distinguuntur à decimis, &  
primitijs? Affirmant Glossa in cap. Statuimus, 16.  
q. 1. & cap. Omnis Christianus, de consecrat. dist. I.  
Hostiens. rubrica de parochijs, & in summa, tit. de pa-  
rochijs, Lapis consil. 58. nu. 1. & 7. colligitur ex  
S. Ambros. serm. 58. de Ascens. ubi inter opera boni  
Christiani ponit, Quod quando ad Ecclesiam venit,  
oblationem, qua altari debebit exhibet. Item ex Cle-  
ment. Rom. lib. 4. Consil. cap. 7. ubi ait, Oblationes  
populi fieri ad viatum sacerdotiorum. Similis ratio, & ne-  
cessitas supponitur cap. De his, & cap. Antiquos, 10.  
q. 1. Concilio Aurelianensi, cap. 16. & 17.

Verius est oblationes non deberi ex præ-  
cepto, cum id in sacris Canonibus nusquam  
apparet. imò Concil. Gabilonensi, habito sub Ca-  
talo Magno, cap. 6. clarè supponitur, oblationes  
esse spontaneas. Ita tenent communiter do-  
ctores apud Azor. part. I. lib. 7. cap. 7. q. II. Less.  
lib. 2. cap. 39. dubio 6. nu. 34. Suar. tom. I. de Relig.  
lib. I. cap. 5. nu. 2.

Cæterum non deberi oblationes ex aliquo  
præcepto non impedit quomihus debeantur  
uno ex 4. titulis, quos numerat D. Thom. 2. 2.  
q. 86. art. 1. Primus est eum debentur per mo-  
dum census, pensionis, aut conventionis antea  
factæ cum Ecclesia. Secundus cum debentur  
ex testamento, legato, donatione, voto, &c.  
Tertius, quando ministri Ecclesiæ non habent  
congruam sustentationem. Quartus cum alicu-  
bi oblationes consuetudine sunt introductæ. Le-  
ge Azor. & Suar. ubi proximè.

Circa tertium titulum, idest, cum ministri  
Ecclesiæ non habent congruam sustentationem  
(de quo Panormit. Anchæ. & alij, in rubrica de pa-  
rochijs, Sūmistr., & plures alij apud Covar. lib. I.  
variat. cap. 13. Gutierrez. Canonicarum quest. cap. 21.  
nu. 139. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 19. part. I. Solus  
lib. 9. de justitia, q. 3. art. 1.) tres apponit limita-  
tiones, Suar. citatus. Primam, nu. 6. ubi ait tunc  
non distingui hanc obligationem, ab ea, qua  
tenentur fideles sustentare ministros Ecclesiæ,  
sive hæc sustentatio fiat per decimas, sive per  
contributions, sive per oblationes. Secun-  
dam, hanc obligationem esse quando necessi-  
tas ministrorum orietur ex eo, quod parochia-  
ni non solverent decimas sufficietes ad sus-  
tentationem, nam si solverent, non daretur talis  
obligatio, ita nu. 7. & nu. 8. rationem optimam  
assignat. Tertiam, non currere hanc obligatio-  
nem

nem parochianis quando adeo pauperes, & tenues sunt, ut non possint conferre ad congruam parochi sustentationem, quod bene advertunt Hostiens. in summa, tit. de paroch. Sylvester, verbo, Decima, quest. 2. citans Glossam Innocent. & Raymendum. ita Suar. nu. 9. Quas vero sustentationi parochi providere tunc debent, docet ibi bene Suar.

<sup>11</sup> Circa quartum titulum obligationis ex consuetudine, videri possunt D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. ubi Cajetan. Aragon. & alij. Maior. in 4. dist. 15. q. 4. conclus. 2. scribentes ad caput suam, & caput Ad audiencem de simonia, ubi Panormit. Hostiens. & alij. Sylvester, verbo, Decima, & ibi Suar. num. 9. Vbi omnes aiunt, hanc consuetudinem, licet a principio voluntariam, & minime obligatoriam, sensim posse habere vim legis, & obligare, quia accepta est, & prescripta ut obligatoria, ad quam prescriptionem sufficere decenni tempus, probat optimè Lefsius, ubi proxime, num. 39. & Suar. num. 21.

<sup>12</sup> Ibi, Reddantur à laicis. Intellige cu debitate fuerint oblationes ex aliquo ex supra dictis 4. titulis. Prohibetur tamen iniqua exactio talium oblationum, cap. Cum Ecclesia, & cap. Suam, de simonia, damnata qualicunque consuetudine, quæ ibi corruptella appellatur: ut esset si parochiani cogarentur à privatis parochis, non ab Episcopo, ut cavitur cap. Ad Apostolicam, de simonia. Item si negarentur Sacra menta, vel spiritualia officia, nisi oblationes primum solverentur, vel daretur cautio, aut aliquid simile, quod videtur habere speciem simoniae. Lege Suar. tom. 1. de Relig. lib. 1. de cultu divino, cap. 5. nu. 22.

<sup>13</sup> Quid si laici oblationes huiusmodi non solvant, incurrunt ne aliquam poenam, quæ jure constituta sit? Respondeo aliqua esse iusta, quæ huiusmodi oblationes non solventibus, impontunt poenam excommunicationis, ut sunt cap. Qui oblationes, 1. & 2. & cap. Clerici, 13. q. 1. excommunicationem tamen hanc non esse ipso jure, notat ibi Glossa, quam sequuntur Azot. 1. p. lib. 7. cap. 38. q. 16. Suar. d. cap. 5. num. 25. Vbi addit solam cap. Ad Apostolicam, dici, cogendos esse coactione prudenti, & ab Episcopo adhibenda. Vide etiam Trid. sess. 22. de reform. cap. 1. & excommunicationem Bulla Canæ, quæ est nu. 17. At si roges de consuetudine faciendi oblationes in missa, sit ne valida, & in praecetto? Consule Marcum Antonium Genuensem practicatum Ecclesiasticum, q. 676. ubi resolvit, & laudabilem esse consuetudinem, & superiorem posse copellere ad eam servandam; iuxta cap. Ad Apostolicam, de simonia. Vnde primo infert a quo-

bene præstari partem convivij nuptialis curato, qui matrimoniu celebavit. Secundo posse presbyteros, diaconos, & subdiaconos interesse convivis nuptiaru, non obstante cap. Presbyter. dist. 34. cessante causa (ut ibi advertit archid.) prohibitionis, quia præsentia parochi devotioni, & honestatem præferet. Tertio valere consuetudinem, quod parochus vendat panem benedicendum parochianis, ex Bellrand. cons. 64. p. 2. dummodo non sit scandalum. Plura circa oblationes erunt in cap. Oblationes, infra dist. 90.

### In §. Verum, post principium, 14 ibi, Utendum ordinationibus.

Notat Covar. in cap. Alma mater, 1. p. §. 6. nu. 6. & per illum tenet, quod licet Sacramentum ordinis ab excōmunicato collatum imprimat characterem, tamen sic ordinatū non habere ordinis executionem, donec subsequatur dispensatio, sive ignorans, sive sciens ordinis suscepit, & hanc esse omnium concordem sententiam asseverat ex cap. 1. ubi Glossa, verbo, irritas, cap. 2. de schismatis, late Suar. de censuris, disp. 31. sect. 1. nu. 62. & 63. quis possit dispensare in hac suspensione, vide tundem Covar. & Suar. supra citatis locis.

### In Glossa, verbo, Duci. Vult Gloss. 15

Summi Pontificem posse laicis committere jurisdictionem spiritualem, ita ut ipsi laici, non tantum civiles, & criminales, verum etiam spirituales causas ex Papæ commissione tractare, ac definire valeant; Glossa similis in cap. 2. verbo, non presumant. de judicijs, ubi Abb. & Dec. nu. 6. Glossa in cap. Benequidem, verbo, præter, 95. dist. quam dicit celebrem Narr. cons. 1. de sentent. excōmunic. edit. 2. & in Manual. cap. 27. nu. 6. in principio, de penitentia, dist. 7. nu. 83. post alios Covar. in cap. Alma, 1. p. §. 11. nu. 3. Henr. lib. 13 de excōmunicat. cap. 24. in principio, littera B. Glossa notabilis, verbo, vel personis, in Extravag. 2. Ioannis 22. tit. de elect. & passim alij, secundum quos licet ea, quæ sunt annexa ordinibus ecclesiasticis lego divina, non possint per summum Pontificem laicis committi, secundum communem, in cap. Quanto, de consuetudine, ea tamen, quæ sunt jurisdictionis fori exterioris, cuiusmodi est potestas indicandi causas spirituales, excōmunicandi, & absolvendi ab excōmunicatione, seu beneficia conferendi per eundem summum Pontificem laicis committuntur.

<sup>16</sup> Probatur haec doctrina quia, & si laici, quatenus tales sunt, propria autoritate, & iure suo, per legem divinam prohibiti sunt, vel ut communiter dicunt Doctores, incapaces existant, potestatis, & jurisdictionis ecclesiasticae, quam Christus Dominus Petro, & successoribus concessit, ut ab iisdem, in alios inferiores

feriores Ecclesie. Prelatos dimanaret: nulla tamen reperitur lex divina, vel naturalis, quæ prohibeat eius modi potestatem delegari laicis, ac per eos, ex delegatione exerceri; siquidem dum excōmissione Papæ laici illam exerceant, non tanquam laici, nec jure suo p̄fūlmentes, sed tanquam ecclesiastici, auctoritate, & jure Pontificis delegantis faciunt, juxta l. §. Qui mandata, ss. de officio eius. Papa enim committens sicut per se, ita per laicum ecclesiasticam iurisdictionem exercere dicitur, nulla divina lege prohibente, quantumcumq; regulæ juris humani, retrahari videantur; super quibus Summus Pontifex jure dispensat, argumento cap. Proposuit, de concessione p̄labenda.

**17 In Glossa: verbo, Sed agētibus.**  
Disputat Glossa, quæ Sacraenta à p̄fūlmissimis nominatum, & hereticis sumi possunt in extrema necessitate; de quo vide Navarr. in Manuali, cap. 22. nū. 4. cap. 26. nū. 26. Suarium tom. I. de Sacrament. disp. 18. sect. 1. & disput. 72. sect. 4. post multos Sayrus de Sacramentis, lib. 2. cap. 8. quæst. 2. art. 1. art. 2. & 3. Graff. in aureis decis. lib. 1. cap. 26. num. 2. ubi Glossæ meminit, & eam dicit communiter receptam.

### CAP. Si quis eorum. VII.

**S V M M A R I V M.**

**1. Doctores qui textus meminere.**

**2. Subdiaconis an tempore Apostolorum esset licitum matrimonium contrahere? & num. 3. & seqq.**

**1. In textu.** Cuius meminere, & eius manu de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 3. nū. 1. in principio. Sotus in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 2. conclus. 4. vers. Pluribus. Sylvester, verbo, matrimonium, 8. §. 12. queritur in sexto dicto. Vasquez de ordine, disp. 249. cap. 4. num. 32. Salzedo ad Bernardum in practica, cap. 80. additione 1. Petrus Crespetius in summa catholica fidei, verbo, cælibatus, fol. 165. Azeved. lib. 8. nova recopilat. iii. 19. l. 1. nū. 50. & sequentibus.

**2. In Glossa in fine.** Docet Glossa à tempore Apostolorum nunquam fuisse licitum subdiaconis matrimonium contrahere, sed contra Glossam scripserunt multi, qui existimarent multo tempore subdiaconis esse permisum matrimonium, postquam prohibitum fuit diaconis, & presbyteris; & quidem Abbas in cap. à multis, de etate, & qualitate, notabili. 2. expressè probat,

ordinem à principio non fuisse sacrum, copiisse autem sacrum esse, quo tempore, votum continentiae habuit annexum, sed non exprimit à quo tempore cœpit illud votum subdiaconis indici. Turrectemat. in cap. Nullus, l. 28. dist. & in principio 31. distinct. existimat, à tempore Apostolorum non esse præceptam continentiam subdiaconis, sed à tempore Gregorij primi, cui Pontifici idem tribuit Herniquez lib. 10. de ordinis Sacramento, cap. 14. §. 7. Quinimo ante tempus Gregorij primi, id iam præceptum esse dicit Bellarmin. de monachis, lib. 2. in cap. 34. ad finem, & à tempore Sylvestri id indulsum fuisse in Concilio Romano, tenet Herniquez lib. 10. de ordine, cap. 2. §. 2. littera L. de quo etiam agit Vasquez de ordine, disput. 237. cap. 2. & num. 12. & disput. 238. cap. 6. nn. 52. & seqq. & disput. 240. cap. 3.

Pro quibus facit, quod votum continentiae est annexum solis ordinibus sacris, planè in primitiva Ecclesia hic ordo subdiaconatus sacer non fuit, cap. Nullus, 60. distinct. cap. à multis, de etate, & qualitate, cap. Miramur, de servis non ordinandis, vers. De subdiaconali, & sic à Corepiscopis potuit conferri, ut per Bellarmin. 2. tom. lib. de ordine, cap. 7. Quinimo urget, quod tunc cœpit dici sacrum, quando habuit votum continentiae, ut fatentur omnes; sed Innocentius Pontifex in cap. Miramur, de servis non ordinandis, inquit, à Gregorio cœpisse dici sacrum; ergo ab illo cœpit habere votum continentiae.

Verum opinio Glossæ licet ab omnibus deserta, mihi non displaceat, & probatur primo ex Canone Apostolorum 25. qui solum excipit à generali prohibitione matrimonium contrahendi, lectores, & cantores. Probatur secundo ex antiquissimo Calixti decreto, in cap. Presbyteris, 27. distinct. ubi etiam subdiaconis interdictum matrimonium futurum, quæ duo decreta sunt antiquiora in hac materia, ut constat ex Covar. 2. part. de sponsalibus, cap. 6. §. 3. in principio. Solo in 4. dist. 38. q. 1. art. 10. col. 3. §. Quare profecto.

Probatur tertio ex epistola Syricij (qui floruit anno 388.) de qua in cap. Plurimos, 82. dist. ubi loquitur de sacerdotibus, & levitis, quorum nomine continetur subdiaconus, ut patet ex multis iuribus mentionem facientibus de sacerdotibus, diaconis, & levitis; idem probatur ex Concilio Carthaginense 2. in cap. Cu in præterito, 84. dist. ibi. Sacerdotibus, uoc non & levitis, & ibi. Presbyteris, & diaconi, vel qui sacramenta contrahant. Idem etiam probat Concil. Elberthinum ante tempora Syricij, quod refert Bellarmin. de clericis, lib. 1. cap. 19. col. 3. vers. Ecclesia Hispanica, speciatim de subdiaconis verba faciens, & denique ex antiquissimis Concilijs Pontificum, & Sanctorum Patrum authoritatibus, quæ longo ordine recenset idem Bellarm. dico

*dicit cap. 16.* in quibus promiscue de presbyteris, diaconis, & subdiaconis loquitur, vel expressé, vel generaliter, ut exponit *Glossa*, verbo, mentio, in *cap. Miramur*, *de servis non ordinandis*.

**8** Nec obstat superposita difficultas; solvitur enim si advertas, subdiaconatum non fuisse sacram in primitiva Ecclesia, ut inquit *Abbas*, & alij, in *dict. cap. à multis*, de etate, & qualitate, per textum, ibi, & in *dict. cap. Miramur*, *de servis non ordinandis*: ideo autem sacer non erat, non ex eo, quia non habebat votum continetiae, sed quia non contingebat proxime res sacras: ordines enim illi per excellentiam sacri dicuntur, qui proxime sacra tangunt, ut post *D. Thom. in additionibus ad 3. part. quest. 37. art. 3.* tradit *Bellarmin. tom. 2. lib. de Sacramento ordinis, cap. 7. vers. Respondeo*. Cum igitur in principio Ecclesie subdiaconis non liceret sacra vasa tangeret, ut ex *cap. Nullus, 24. distinct. ex Concilio Laodiceno, cap. 21.* refert *Bellarmin.* ubi proxime, ideo sacer non dicebatur, postquam vero (ut constat ex *cap. Non liceat, dist. 23.*) cœperunt vasa sacra tangere, sacer ordo cœpit nuncupari, quod postea *Urbanus* in *cap. Nullus, 60. distinct.* magis confirmavit, dum licentiam concessit eligendi subdiaconum in Episcopum; advertit *Bellarmin.* ubi proximè, vers. Olim.

**7** Vel etiam forsitan poterit responderi subdiaconatum semper ordinem fuisse sacram; neq; obstat *cap. Miramur*, ubi dicitur, à constitutione Gregorij, & Urbani sacram ordinem esse subdiaconatum; respondetur enim Pontificem ibi non dixisse à tempore Gregorij, & Urbani cœpisse illum ordinem esse sacram; sed cœpisse non dubitari esse sacram, licet enim antea sacer esset; tamen cum *Urbanus* statuerit illum posse eligi in episcopum, & *Gregorius* extirpaverit à Sicilia abusum contrahendi matrimonium in subdiaconatu, in *cap. 1. supra dist. 31.* his duobus beneficijs hic ordo condecoratus cœpit ab omnibus haberi pro sacro, ut antea in rei veritate erat, intendit *Glossa Marginalis*, in *dict. cap. Miramur*, faciat *Sylvester*, verbo, *Matrimonium, 8. §. 12. in sexto dicto, vers. Secundo*, ubi docet constitutos in sacris non posse contrahere matrimonium, citatq; nostrum textum de subdiaconatu loquente, *Turrecremat. in cap. Si sudiaconus, ad fin. infra distinct. 34.*



## CAP. Lectores. VIII.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Concilium Carthaginense quando celebratum?*
- 2 *Lectores an possint uxores ducere? & num. 3.*

**I**N superscriptione, ibi, *Concilium Carthaginensi 3. Celebra- tum Kalēd. Septēbris anno Domini 397. in secretario Basilicæ restitutæ, sic dicitæ, quod à Donatistis diu possessa, à catholicis Imperatoribus restitu- ta fuerat loco solito, in quo alia quoq; nonnulla Carthaginensia Concilia acta esse le- guntur, tempore Syricij Pontificis, Arcadio, & Honorio imperantibus; de quo agit late *Barto- nius tom. 5. annalium, anno Christi 397. post med. vers. Eisdem huius anni Consulibus*, adde posita ad *cap. Illud, nu. 1. supra dist. 23.**

**In textu.** Collige ex illo teneri le- **2**  
ctores, aut uxorem duce-  
re, aut continentiam profiteri, contra ea, quæ  
resolvisti in *cap. Si qui vero, nu. 1. & 2. supra hac eadem distinc.* unde textum nostrum constituissse, ut lectores non contraherent sine licentia Episcopi, & esse iam abrogatum, inquit *Hen- riquez dict. lib. 10. de ordinis Sacramento, cap. 2. §. 2. littera L.* sed non quadrat litteræ, unde melius *Turrecremata*, verbo illud *Cogantur*, interpreta-  
tur, hoc est, *Moneantur*, quæ interpretatio ma-  
gis placet, nè aliâs dicamus cogendum aliquem ab Ecclesia, vel ad matrimonium, vel  
ad votum continetiae, coactio igitur hæc de-  
monitione, & suasione est intelligenda.

Sed facilius solves, si advertas ad vetus- **3**  
tos Codices, qui sic habent: *Vt lectores usq; ad annos pubertatis legant, deinceps autem nisi uxores, eu- stodita pudicitia, duxerint, aut continentiam professæ fuerint, legere non sinantur, quæ verba habentur in collectione Conciliorum per Laurentium Su- rium, tom. 1. fol. mihi 505. quam observat Vas- quez. de ordine, disp. 246. cap. 4. nu. 30. Severinus Binius in novissima collectione Conciliorum, tom. 1. pars. 1. fol. 575.*



## CAP. Subdiaconus. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Subdiaconi continentiam servare tenentur.
- 2 Episcopi tenentur facere observari Canones.
- 3 Dicitio, Aut, quam significatione habeat? & num. 4. & 5.

**I**N textu. Notabis ex textu subdiaconos continentiam servare oportere, de quo vide posita in cap. i. nu. 3. & in cap. Episcopus, nu. 1. supra dist. 31. & in cap. Multorum, nu. 1. hac eadem dist. Adde Victoriam de Sacramento matrimonij, ex nu. 308. Rojas de hereticis, i. p. ex nu. 550. Petrum Mossium de contractibus, tit. de matrimonio, §. Qui possunt contrahere matrimonium, vel non, nu. 19. Nivizansium in Sylva nupciali, lib. i. ex nu. 134.

**2** Ibi, Sinas corrumpi. Ergo Episcopi tenentur facere observari Canones, & præcepta Sumorum Pontificum, facit textus in Clement. i. ibi. Per Episcopos ad quos horum spectat correctio; de officio judicis ordinarij, & notat Turrecremat. in praefenti. Praepositus nu. 2.

**3** In textu, ibi, Aut. Quæ dictio est adversativa, & ponitur inter diversa, l. Item si suspectus, cū quatuor sequentibus, ff. de procuratoribus, l. Aut facta, ff. de pœnis. Bart. in l. Si is, qui ducenta, §. Virum, ff. de rebus dubijs. Vnde desinuit verbum, atq; effectum, & ad verificationem sufficit alteram partem esse veram. Clement. i. ad fin. & ibi Glos. verbo, Aut, de concessione præbenda, l. Plerumq;, §. fin. de jure donum. Quod procedit sive dispositio sive affirmativa, sive negativa, ut post Dinum, tenet Felic. in cap. Inter ceteras, nu. 16. de rescriptis, ubi Deinius nu. 9. Glosa, verbo, forma, in cap. Cum plures, de officio delegati, lib. 6. plures cumulat Cened. singulare 5. nu. 2. & 3.

**4** Notabis tamen, quod aliquando dictio, Aut, accipitur copulative, seu coniunctivæ, & requirit concursum utriusq;, ut in cap. Omnibus vobis, 2. q. 4. ubi Glosa, verbo, Aut, textus iuncta Glosa, verbo, Aut calumnia, in cap. 2. de confessis, lib. 6. l. Quintus, §. Plane, ubi Glosa, verbo, que uxoris, ff. de auro, & argento legato, l. 2. Cod. obseq. patr. prestand. & ibi Glosa, verbo, aut, allegat alia similia iura; textus in l. Cum quidam, ubi Iason. nu. 1. Cod. de verborum significatione, plura adducit Cened. d. singulare 5. nu. 7.

**5** An, & quando ista dictio, Aut, summi beat alternative, & disjunctivæ, an vero quā-

do accipi debeat copulativæ, & conjunctivæ. Vide eundem Cened. ex num. 8. qui per plures conclusiones latissimè materiam prosequitur,

## CAP. Eos, qui. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Vrbanus secundus quis fuerit?
- 2 Papa an possit statuere, ut laicus comittens aliquod crimen, fiat servus?
- 3 Vxores clericorum, & filii efficiuntur Ecclesia servi?
- 4 Vxor clerici an sortiatur Ecclesia forus? & nu. 5.
- 6 Concubina clericorum an possint iudicari in foro seculari? & nu. 7.
- 8 Familia clericorum an sit convenienda in foro ecclesiastico? & num. 9. & 10.
- 11 Famuli Episcoporum an iudicentur a judice seculari?

**I** Bi, Vrbanus secundus. Otho annus, monachus Cluniacensis, Episcopus Ostiensis, creetur Pontifex anno Domini 1088. Vir doctrina, & sanctitate vitæ, dignus tanto magistratu: moritur 4. Kalend. Augusti, anno Domini 1099. cum sedisset annos undecim, menses quatuor, dies decem et octo. Sed non te prætereat, quod ad triumphum pertinet Vrbani Papæ, nimirum eodem tempore contigisse capi Hierosolimam ab exercitu christiano sub Godofredo Duce, cuius sanctæ expeditionis idem Vrbanus promotor fuit; Cisterciensem ordinem i. in Burgundia excitatum, sua auctoritate Vrbanus confirmavit. Sunt etiam qui scribant Carthusienses religiosos, huius Pontificis tempore originem habuisse, vide Platinam in eodem Vrbano secundo, latissimè Baronium tom. II. annual. anno Christi 1088. usq; ad annum 1099.

**In textu, ibi, Mancipent servituti. Collige ex Glosa Papam posse statuere, ut laicus committens aliquod crimen, fiat servus; docet Glosa in cap. Ita quorundam, verbo, privatione, de Iudeis, & Saracenis, quam latè exornat Navarr. ibidem, notabil. II, in Glosa 5. & in Glosa penult. n. 15. addens aliquam**

aliquam servitutem inductam esse jure Pontificio, iuxta Glossam, verbo, servos, in d. cap. Ita quorundam, qualis etiam est ea, de qua cap. de Raptoribus, 36. q. 1. ubi raptor, qui puellæ violentiam intulit sic servus raptæ, nisi se redimat: Quod si illa consenserit, & patrem habeat, raptor patri ad similem satisfactionem teneatur, estimandam judicio boni viri.

### 3 In Glossa, verbo, Eos, ibi, Filij rediguntur in servitutem.

Docet Glossa non solum uxores clericorum, si de facto contrahant, sed etiam filios, statim cum nascuntur effici servos, & mancipia Ecclesiæ; cuius pater est sacerdos, idem notat Romanus singulari 526. incipit. Dic quod filij Abbas in cap. Si quisquam, nu. 5. de cohabitatione clericorum. Perez lib. 5. ordinamenti, tit. 3. l. 2. pag. 151. Rojas de successionibus, cap. 27. ex nu. 17. Covar. in 4. 2.p. cap. 8. §. 5. nu. 19. Decianus tractat. crimin lib. 6. cap. 21. nu. 38. Navarr. in cap. Ita quorundam, notabil. 11. in Glossa penult. nu. 16. de Iudeis, & Saracenis, cum quibus limitabis, & ampliabis, Vide cap. Cum multæ, infra, 15. quest. 8. & addere de hac ipsa materia, quæ notantur per S. Antonin. part. 3. tit. 3. cap. 6. §. 3. Michaelis Salon tract. de dominio, quest. 3. art. 1. post conclusionem 4. Molin. de just. tom. 1. tract. 2. disp. 33. Sayrum in clavi, lib. 9. cap. 1. nu. 14. Lessum lib. 2. de just. cap. 3. dub. 4. nu. 14. edit. 3. ubi omnes nostri textus meminere.

### 4 In eadem Glossa ad finem, ibi,

**De foro Ecclesiæ.** Tenet Glossa uxorem clerici, esse de foro Ecclesiæ, sortiriq; conditionem ex persona mariti, l. Cum quedam, ff. de jurisdictione omnium judicium, sive sint clerici in minoribus coniugati, iuxta cap. Vnic. de clericis coniugatis, lib. 6. sive de licentia uxorum sacros ordines suscipiant iuxta cap. Coniugatus, de conversione coniugatorum, sive religionem profiteantur, iuxta cap. 1. eodem tit. sive sint uxores sacerdotum Græcorum; quam sequitur Perez lib. 1. ordinamenti, tit. 3. l. 1. §. Vxor, etiam Glossa similis in cap. Clericum, 3. verbo, clericum, 11. quest. 1. Traq. l. 19. Connubialium, Glossa 2. num. 53. & 54. Abb. in cap. 2. nu. 7. & Imol. nu. 3. de foro compet. Barbos. tom. 2. de soluto matrimonio, in l. Quia tale, nu. 26. textus in l. 2. §. Ad parangariam, Cod. de Episcopis, & Clericis, latè Carolus de Grassis de effectibus clericatus, effectu 1. nu. 155. Decianus tractatu crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 53. & seqq.

5 Vnde infertur uxorem clerici, quæ homicidium commisit, debere conveniri coram Episcopo, non autem coram judice sacerulari; quod in facti contingentia fuisse Salmanticae practicatum, tradit Perez dict. lib. 1. ordinamenti, tit. 3. l. 1. §. Ex quibus, fol. 58. Probatur ex

ratione supradicta, quia uxor clerici conjugati incidentis in habitu, & tonsura gaudet privilegio fori in criminalibus, ut probant supra citati Doctores, ultra illos Socin. in cap. 1. col. 10. de foro compet. Montalvus in l. 32. verbo, La tercera, tit. 2. part. 3. & est communis secundum Gregor. Lopez in d. l. 32. verbo, De castamiento. Avilez ad leges Praetorum in protomio, Glossa 2. num. 28. comprobat latè Carolus de Grassis dict. effectu 1. nu. 156. & sequentib.

### In eadem Glossa ad finem, 6 ibi, Quia delinquit in persona

Ecclesiæ. Collige ex Glossa concubinas clericorum in foro sacerulari judicari non posse, quinimo nec valere statuta sacerularia, quæ in ipsis, pœnas decernunt, sic enim placuit Abbatii in cap. Cum sit generale, nu. 25. de foro compet. ubi additio, littera A. sequitur Iason. in l. penult. in principio, nu. 17. ff. de jurisdictione omnium judicium. Palatius in repetitione Rubrice, §. 39. nu. 7. in principio. Multi quos refert Avilez ad leges Praetorum, cap. 47. verbo, O clero, nu. 1. Nam ratione huius delicti efficitur concubina de foro ecclesiastico, & ad ecclesiasticum judicem est remittenda, ut testatur vidisse practicatum Socinus in l. Cum servitus, in fine, ff. de rebus dubijs, post alios Marta de jurisdictione, part. 4. casu 44. num. 7. & seqq. Carolus de Grassis de effectibus clericatus, effectu 1. num. 181.

Quæ sententia indistincte vera non apparet, præterquam quod adversatur legibus Galliae, Hispaniae part. 1. tit. 6. l. 43. & lib. 1. tit. 3. l. 21. & 23. novi Ordinamenti, & Lusitanie lib. 2. tit. 9. ubi de casibus mixti fori, & lib. 5. tit. 30. in huiusmodi concubinas pœnas statuentibus, non est neganda sacerularibus potestas puniendi temporale crimen à sacerulari persona commissum. Vnde probabilior est aliorum distinctio, qui affirmant publicas clericorum concubinas à sacerularibus posse judicari, occultas autem non posse, ne hac occasione ecclesiasticae personæ in foro sacerulari infamentur; ut post alios probat Anania ad rubric. de adulterijs, num. 4. Ancharranus cons. 196. nu. 5. Felinus in d. cap. Cum sit generale, nu. 14. & in cap. Ecclesia, nu. 102. de constitutionibus, Boerius decis. 72. nu. 7. Avilez d. cap. 47. Perez lib. 1. Ordinamenti. tit. 13. l. 21. verbo, Mancebas. Clarus in practica, q. 37. nu. 4. Decianus tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 56. & lib. 9. cap. 21. num. 37. quam distinctionem videtur sentire, Ord. nostra d. tit. 30. in principio, ibi. Teuda, & manteuda notoriamente, d. l. 21. lib. 1. tit. 3. Ordinamenti, ibi. Teniendo mancebas conocidamente, ubi Perez explicat quæ dicatur concubina notoria. Pro tota hac materia concubinarum, maximæ clericorum, consule Barbos, in remissionibus

- ad ordinationem Lusitanam, lib. 2. tit. 9 num. 2. & 3.  
 -& lib. 5. iii. 30. num. 1. 2. 3. ubi plures refert,  
 -& Thom. Vallasc. allegat. 34. per totam.
- 8** In eadem glossa, ibi, **Familia Sacerdotis.** Dicit glossa familiam; & servos clericorum esse conveniendos coram iudice ecclesiastico, glossa similis, in cap. 3. ii. q. 1. verbo, Clericum, versiculo, Idem dico, & in cap. ecclesiasticum, 69. per text. ibi. 12. q. 2. Bald. in l. 2. num. 4. Cod. de Episcopis & Clericis, Marianus Socinus in cap. 1. num. 18. de foro compet. Mariana de ordine iudiciali. 4. p. dist. 11. num. 4. Cavalcanus cons. 71. num. 3. ubi firmat hanc esse communem opinionem, refert alios Carolus de Grassis, de effectibus clericatus, effectu 1. num. 146. Marta de iurisdictione, p. 4. casu 111. num. 1. & 6. Decianus tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 47. ubi dicit magis communem; facit text. in l. 2. C. de Episcop. & clericis, cap. magna, ad finem, de yoto, ibi. Prote, & famulis suis, cap. penultim. §. 1. de privilegijs, lib. 6.
- 9** Contrariam tamen opinionem tenuit Capiccius. decis. 12. nu. 2. in fine, asserens hanc esse communem opinionem, ubi Prosperus Petra in additionibus, littera B. Clares in practica, § final. q. 35. vers. Quero nunquid familiares, num. 18. Farinac. in praxi criminali, q. 8. num. 46. in principio, Segismundus Schaezia in tractatu de iudicij, lib. 1. cap. 11. num. 22. insinuat Covar. practicarum, cap. 35. num. 2. vers. Quinto non video, refert alios Carolus de Grassis, de effectibus clericatus, effectu 1. num. 147. & 148. Gutierr. practicar. lib. 1. q. 4. num. 2. tradit iudicatum Thesaurus, decis. Pedamont. 22 n. 4. vers. Verum, plures citat Menoch. de arbitrar. centuria 6. casu 562. num. 4.
- 10** Ego nunquam discederem à distinctione per multos approbata, scilicet aut famuli, servi, & coloni sunt perpetuo clericis, & ecclesijs obligati; & tunc procedit prima opinio, ut scilicet potiantur privilegio fori; aut famulus, servus, & colonus est tantum ad tempus, annua, vel mensuaria mercede conductus, & tunc fori privilegio non gaudet; ita in effectu glossa in cap. indicatum, verbo, inter eos, 89. dist. Aufrexit in tractatu de potestate iudicis secularis, regul. 2. num. 36. ubi dicit, quod hæc est tutior opinio, & de facto servatur; Thesaurus, decis. 22. num. 5. Menoch. de arbitrar. centuria 6. casu 562. numer. 3. ubi dicit, quod hæc est omnium recepta sententia, & num. 21. sequitur alios Carolus de Grassis, de effectibus clericatus, dicto effectu 1. num. 149. Decianus tractatu criminali, lib. 4. cap. 9. num. 57. & 58. Gratianus decis. Rotta. 133. num. 3. & 4. vide quæ colligit Barbosa ad ordinat. Lusitan. lib. 2. tit. 25. in principio.
- 11** Notabis tamen famulos Episcoporum, etiā si secularares sint, nullatenus posse à seculari indice judicari, tam in civili, quam in crimi-

nali, per textum, in cap. ult. §. petijt, ubi communiter Doctores, de officio Archidiaconi: & est communis opinio, de qua testatur Capiccius, decis. 12. num. 1. & ibi Additio littera A. Farinac. in praxi criminali, tom. 1. q. 8. num. 46. in principio, qui alios refert Clarus, §. final. d. q. 35. vers. Quero nunquid, num. 18. Bajardus in additionibus, q. 36. num. 3. Decianus d. lib. 4. cap. 9. num. 57. Segismundus Schaezia, de iudicij, lib. 1. cap. 11. num. 22. Marta de iurisdictione, p. 4. casu 111. num. 3. Gratianus. decis. Rotta. 133. num. 1. & 2. post Menoch. de arbitrar. casu 336. num. 10. idem Menochius, centuria 6. casu 562. n. 13.

## C A P. Erubescant. XI.

### S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Clericus in sacris matrimonium contrahens, an privetur beneficio?
- 3 Occulè peccantes, occultè corrigan-
- 4 Indices an possint interrogare super criminibus occultis?
- 5 Ecclesia an iudicet de occultis?

**I**N textu. Quem refert Salzed. in additionibus ad Bernardum, cap. 80. glos. 1. in principio, Covar. de sponsalibus. 2. p. cap. 6. §. 3. in principio, Martinus de Ledesma, 2. 4. q. 36. art. 3. vers. Secundo arguitur. fol. 409. Azor tom. 1. Institut. moralium, lib. 13. cap. 13. §. 6. Carolus de Grassis, de effectibus clericatus, effectu 5. num. 1. Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 19. l. 1. num. 50. Gutierr. lib. 2. Canon. cap. 7. num. 53.

**Ibi, ab omni gradu dignitate.** Ergo clericus in sacris matrimonium contrahens privatur officio, si quod habet: text. in sanè sacerdotes, de clericis coniugatis, cap. ex litterarum qui clerici, vel voyentes, Symanchas de catholicis, cap. 40. num. 13. post alios Carolus de Grassis, de effectibus clericatus, effectu 5. num. 5. & num. 9. ait. Talem clericum esse suspensum ipsofacto, referens Abbatem in d. cap. sanè sacerdotes, num. 2. & in d. cap. ex litterarum, num. 3. per textum, ibi. Attamen post peractam pœnitentiam poterit clericus restituiri ad officij executionem, tradit idem Grassis, d. num. 5. & videtur probari in d. cap. sanè, ibi. Post longam pœnitentiam officio suo restitui poterint, & indulgentia Episcopi executionem habere. Adde posita ad cap. decernimus, num. 3. & ad cap. presbyter, num. 2. supra dist. 28. & ad cap. qui vero, num. 3. & 4. hac eadem dist.

**Ibi de manifestis.** Notat Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 19. l. 1. n. 76.

**1. I. n. 76.** contra officiales, & Vicarios Episcoporum, qui cum fraterna correctione clericos occulte peccantes corrigerem debarent, Illos tamen manifestant, ut publicè scandalū patiantur; unde iuratales non correctores, sed proditores, appellant, prosequitur Salzedo eleganter in practica, cap. 126. littera A. vers. Vnde meritum, fol. 515. Concinit D. August. de verbis domini, ubi eleganter ait. Que peccantur coram omnibus, coram omnibus corripienda sunt, qui secreto peccavit in te, secretò corripe. Nam si solus nosti, & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor.

**4 Ibi cognitor Deus.** Ponderat Navar. in Rubr. de iudicijs, notabili 13. num. 53. contra iudices, qui per torturam, vel iuramentum, non probatis coram ipsis prius indicijs in id sufficientibus, interrogant, & compellunt partes ad respondendum super criminibus occultis, adducens cap. consulisti, 2. q. 4. de quo etiam Hyppol. in l. de minore. §. tormenta, ff. de questionibus, & in practica. §. constante, num. 14. Clarus in praxi criminali, §. fin. q. 45. num. 6. in fine, & q. 64. num. 9. cum nemo de suis criminibus sine indicijs prævijs interrogari possit, iuxta illud Chrysostomi. Non ibi dico, ut se prodas, refertur in cap. quis aliquando, §. his autoritatibus, de pénitentia, dist. 1. latè Salzedo in practica, cap. 126. littera A. vers. Secundo autem, & seqq. fol. 514.

**5 In glossa.** Docet glossa ecclesiam non iudicare de occultis, de quo vide posita ad cap. voventibus, num. 3. & seqq. suprà dist. 27. & ad cap. si quis eorum, num. 2. & seqq. suprà dist. 30.

## C A P. Nemo. XII.

S V M M A R I V M.

**1 Ad sacros ordines non promoventur nisi viri probatae castitatis.**

**2 Usque dictio quid significet? Et n. 3.**

**4 Bigamus an sit ille, qui ignoranter cum corrupta contrahit?**

**5 Bigamus an sit qui fæminam prius a se cognitam, duxit in uxorem?**

**1 In textu.** Collige ex illo, quod ad sacros ordines non debent accedere nisi virgines, aut viri probatae castitatis; de quo ultra posita hac eadem distinctione, Vide Campanil. diversorum iuris canonici, Rubr. 4. num. 46. & seqq. & Rubr. 12. cap. 8.

**2 In textu ibi, usque.** Quæ dictio est taxativa, unde statutum iubens rectorem scholarium eligi usq;

ad annum, importat taxationem, ut non possit iterum eligi ad alium annum immediatum, quia taxatio excludit prorogationem, Bald. lib. 3. cons. 316. ponitur quod electio, in principio. Similiter statutum disponens, quod statibus agnatis usque ad quartum gradum, excludantur cognati, non habet locum ultra quartum gradum; idem Bald. lib. 2. cons. 218. statutus civitatis, in fine, sequitur Cardinalis Tuschus, tom. 2. conclus. 400. nu. 1. & 2.

Aliquando hæc dictio usque includit, ut si iudex mandat supersederi usque ad diem signaturæ, seu audiencie, includit ipsum diem ex mente Alexandri lib. 5. cons. 114. num. 5. versiculo, Quia illa dictio, sic recipiens investituram professe usque ad tertiam eius generationem, includit ipsam generationem. Bald. lib. 4. cons. 375. concessa est alicui, circa finem, num. 3. vers. Si autem concederetur, Cardinal. Tuschus, tom. 2. conclus. 291. num. 6. & seqq. Quando autem dictio, usque, includat, vel excludat, vide eundem Tuschum d. conclus. 291. num. 14. usque ad num. 26. cum quo ampliabis, & limitabis. Vide Bart. in l. patronus, §. Sempronius, per totum, ff. de legatis 3.

**In principio glossæ.** Docet glossa bigamum esse illum, qui cum corrupta, etiam ignoranter matrimonium contrahit, glossam communiter approbant DD. Divus Thom. in additionibus, ad tertiam partem, quæst. 66. art. 4. ad tertium, Martinus de Ledesma 2. 4. q. 26. art. 2. tractatu de irregularitate non longè ab initio, Sotus in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. conclus. 4. Coxar in Clement. si furiosus, part. 1. q. 2. num. 2. vers. Tertio, Gomez tom. 3. cap. 10. num. 4. Maiolus de irregularitate, lib. 1. cap. 33. num. 4. vers. Et quia, in fine, Gregorius Tolosanus in Syntagma iuris. pl. 2. lib. 16. cap. 19. num. 8. refert alios. Sayrus de censu. vis. lib. 6. cap. 4. num. 11. vers. Sextus est, cuius rei rationem assignant, quia irregularitas non est pena inficta pro culpa, sed propter defectum significationis Sacramenti, & ideo etiam praeter voluntatem contrahi potest.

**In eadem glossa ibi, quid si primo.** Tenet glossa quod sit bigamus, & irregularis qui fœminam, quam ipse prius per fornicationem violavit, duxit in uxorem, quia requiritur quod mulier sit virgo tempore, quo contrahitur matrimonium; similis glos. in cap. maritum, verbo, concubinam, infra dist. 33. ubi vide posita, nu. 2. sequitur Hostenensis in summ. lib. 1. tit. de bigamis, §. circa hoc, vers. Sexto, verior tamen est contraria opinio, quam tenet glos. in cap. debitum, verbo, demisit, de bigamis, & in cap. sanè 1. verbo, virginem, de clericis conjugatis, & in cap. unicó, verbo, contraxerunt, eod. tit. lib. 6. Divus Thom. in additionibus, ad tertiam partem, q. 66. art. 3. ad secundum, Sotus in 4. dist. 27. q. 3. art. 1. conclus. 4. in fine, Navar. in Manuali, cap. 27 num. 195. vers. Secundo,

**C**ap. in Clementin. Si furiosus, part. I, §. 2. nu. 3. in principio, sequitur plures sayrus de censuris, lib. 6. cap. 4. nu. 17. vers. Secunda, adducens fundatum, quia iste non divisit carnem suam in duas, neque illa in duos, cum ab uno tatum cognita sit, unde benigne interpretando, dicitur virginem duxisse uxorem, qui à se ipso corruptam, in uxorem copulavit. Lege Thom. Vallasc. allegat. Al. nu. 3.

### C A P. Placuit. XIII.

S V M M A R I V M.

1. Concilium Carthaginense quintum, quando celebratum?
2. Episcopi, presbyteri, & diaconi debent ab uxoribus abstinere.
3. Consuetudo an sit efficax ad reddendos aliquos inhabiles ad matrimonium contrahendum? & nu. seqq.

**I**N superscriptione, ibi, In Cōcilio Carthaginensi quinto. Celebratum anno Domini 390. sub Pontifice Siricio, imperante Theodosio, ut tradit Padilha in epitome Conciliorum, fol. 14. sed melius Cardinalis Baronius tom. 5. annalium, ait, Concilium Carthaginense 5. fuisse celebratum anno Christi 398. circa tempora Anastasij Pontificis, Arcadio, & Honorio imperantibus; fuit provinciale, habitum ab Episcopis septuaginta tribus, de quo vide latè eundem Baronium dicto anno 398. post principium, §. Quod insuper, fol. mihi 52. & seqq.

**2** In textu. Collige ex illo, Episcopos, presbyteros, & diaconos debere ab uxoribus abstinere, de quo, & de nostro textu late agunt Gregor. Lopez part. 4. tit. 2. l. 16. Glos. 1. Petrus Crespetius in summa catholica fidei, verbo, celibatus, fol. 163. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 19. §. Ecclesia Hispanica, Boverius de Repub. ecclesiastica, part. 2. lib. 2. cap. 10. §. Ex his plane, fol. mihi 376. & §. Caterum, fol. 378. Vasquez de ordine, disp. 247. cap. 5. num. 60. vers. Putarunt.

**3** Ibi, Secundum uniuscuiusq; Ecclesie consuetudinem. Ergo consuetudo est efficax ad reddendos quospiam inhabiles ad matrimonium contrahendum; similis textus in cap. 1. & in cap. Super eo, de cognatione spirituali. Contrarium decidit textus in cap. Quod su-

per, in fine, de consanguinitate, & affinitate, circa quorum explicationem, non modica est controversia propter diversitatem opinandi apud Doctores, qui varijs distinctionibus rem istam obscurarunt, dum explicare conantur; tu ut clarius procedas, sequentes pone conclusiones.

Sit prima conclusio. Nulla consuetudo, etiam si scandalum oriatur, vires habet ad dissolvendum matrimonium, semel legitimè initum; cum sit vinculum juris naturalis, & divini; textus in cap. Fin. de sponsa duorum, ubi definitur. Non esse sequendam consuetudinem, ut spreto priori matrimonio rato, persistatur in posteriori consueto. Probant conclusionem Glossa in cap. I. verbo, Nisi consuetudo, de cognatione spirituali. Abb. in cap. Super eo, nu. ult. eodem tit. & ibi Alexander de Nevo, nu. 10. Turrecremata in praesenti, nu. 12. Brunellus de sponsalibus, conclus. 20. nu. 8. Sylvester verbo, matrimonium n. 2. quest. 3. post alios Sanches de matrimon. lib. 7. disp. 4. nu. 2.

Valet tamen consuetudo impediens ad tempus matrimonium, aut ad tempus separans; non ex eo, quod invalidum sit matrimonium, sed in pœnam, quod adversus prohibitionem initum sit, ut docet Butius in cap. super eo, in fine, de cognatione spirituali, ubi Abb. nu. 6. Alexander de Nevo nu. 16. Sylvester, verbo, matrimonium, 2. q. 3. alios refert Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 4. nu. 4. Gallego de cognatione spirituali, cap. 4. nu. 7.

Secunda conclusio. Consuetudo à Pontifice approbata potest quidem impedimentum introducere non solum impediens, sed etiam dirimens matrimonium, quia sicut ipse Papa potuisset tale impedimentum per suam constitutionem inducere, ita & consuetudo postquam est ab ipso approbata. Docet Hostiens. in cap. Fin. nu. 1. de sponsa duorum, & in summa, tit. de cognatione spirituali, §. Quis sit effectus, num. 6. Sylvester, verbo, matrimonium, 2. q. 3. Gaeta in repetitione, cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 80. & 296. Turrecremata in praesenti, num. 13. sequitur alios Sanches de matrimon. lib. 7. disp. 4. nu. 3. Bafilius de impedimentis matrimonij, cap. I. §. 2. vers. Debet autem.

Tertia conclusio. Consuetudo etsi non sit approbata per Summum Pontificem, potest tamen introducere impedimentum impediens matrimonium contrahendum, maximè si adsit scandalum, quod ex matrimonio inito pullaret, probatur ex textu in praesenti, ubi Turrecremata nn. 10. & ex cap. Super eo, ubi Glossa, verbo, Consuetudo, de cognatione spirituali, Glossa in cap. Quod super, verbo, non obstante, de consanguinitate, ubi Abb. num. 4. Alexander de Nevo num. 7. & 8. Navarr. in Manuali, cap. 22. nu. 73. in fine. Corvar. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 10. nu. 18. dicte communem Villalobos in Etario communius opinionem, verbo,

**V**erbo, consuetudo, nu. 260. Gallego de cognatione spirituali, cap. 4. nu. 7. Perez lib. 1. Ordinam. tit. 3. l. 5. Glossa 1. col. 2. comprobat latè Sanch. d. lib. 7. de matrimonio, disp. 4. nu. 11.

**8** Quarta conclusio. Consuetudo non potest nuptias permittere inter eos, quos lex Pontificia matrimonium inire prohibuit, cù consuetudo, ut legitime aliquid introducat, debeat esse rationabilis, ac præcripta; plane consuetudo permittēdi matrimonium contrahi inter personas jure inhabiles, rationabilis, ac præcripta, nequaquam dici potest. Probant conclusionem Glossa in cap. Quod super, verbo, non obstante, de consanguinitate, ubi Abb. nu. 4. Alexander de Nevo, nu. 5. Ancharran. nu. 4. Sylvester, verbo, matrimonium, 2. quest. 3. Covar. de sponsalibus, 2. p. cap. 6. §. 10. num. 18. in principio, Henr. alios citans in summ. lib. 12. cap. 1. nu. 5. littera A. Gallego de cognatione spirituali, cap. 4. nu. 8. & sequentib. qui communem dicit; licet doctissimus Sanches lib. 7. de matrimonio, disp. 4. nu. 14. tot Doctorum sententiam intendat enervare.

## CAP. Seriatim. XIV.

### SVMMARIVM.

- 1 Leo nonus quis fuerit?
- 2 Constituti in minoribus ordinibus, an peccent, si matrimonium contraxerint? & nu. 3. 4. & 5.
- 6 Vxoratus promotus ad ordines, an possit in illis ministrare?
- 7 Vxor illius, qui ad ordines est promotus, an teneatur castitatem observare? & num. 8.

### I N superscriptione, ibi, Leo 9.

**L**icet Sanches lib. 7. de matrimonio, disp. 31. nu. 7. existimet nostrū textum emanasse à Leone nono contra epistolam Nicetę Abbatę, ut habet Rubrica, verius est emanasse ab Humberto legato Leonis 9. in responsione contra Nicetam, ut observat Vasquez de ordine, disp. 249. cap. 4. nu. 39.

**2** In textu, ibi, Non autem vi-  
duam, aut repudiataam. Ergo licet  
in minoribus ordinibus constituti, uxorem ducere pos-  
sint, juxta resoluta in cap. Si qui vero, nu. 1. & 2.  
supra hac eadem dist. peccabunt tamen si cum  
viduis, aut repudiatis matrimonium contraxerint;  
quam culpam esse mortalem firmat Caietanus 2. 2. q. 12. art. 1. dub. 1. quando absq;

iusta causa fiat. Dicitur quia est perfecta ab ordine apostolico; nec id fieri valeat sine sacramentalium contemptu, sicut nec recedere ab ordine sacro absq; Sacramenti despectione, cù neuter ordo iterari possit.

Sed tantum esse culpam veniale duce-  
re non virginem, aut bis contrahere nuptias,  
qui in minoribus ordinibus sunt constituti,  
reddendo se incapaces ad illorum ordinum  
munera obtutida, tenet idem Caietan. in summ.  
verbo, Apostolica. Bañes 2. 2. q. 12. art. 1. §. Sit tam  
men tertia conclusio. Tabiena, verbo, Apostolica. q. 10.  
nu. 13. post alios Sanches de matrimonio, lib. 7. disp.  
31. nu. 11. Vasq. de ordine, disp. 249. cap. 4. nu. 39.  
Filliucijs resolut. moral. tom. 1. p. 2. tractat. 10. cap.  
4. nu. 130. cum status, qui his ordinibus conti-  
netur, non videatur tanti momenti, ut non li-  
ceat absq; mortali culpa illius ministeria re-  
linquere.

Mihi tamen illorum placet opinio affir-  
mantum, nullam esse culpam initiatum mi-  
noribus ordinibus transire ad matrimonium,  
quia utitur iure suo, nec facit contra votum,  
aut aliquod iuris præceptum, ut censet Covar.  
de sponsalibus, 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 4. in princip.  
Toledo in summa, lib. 4. cap. 18. nu. 4. Azor. institut.  
moral. tom. 1. lib. 13. cap. 14. q. 14. in fine. Bañes  
2. 2. q. 12. art. 1. Valentia 2. 2. disp. 1. q. 12. pun. 1.  
Rodrigues cap. 225. n. 1. Bonatina q. 3. punct. 9. nu.  
3. & 4. Quod ex eo probat quia, quemadmo-  
dum novitus est in via ad statum religiosum,  
ita clericus in minoribus est in via ad statum  
clericalem, sed novitus non peccat receden-  
do à religione, ergo neque clericus ab statu.  
Adde Rebellum 2. part. lib. 4. q. 8. nu. 27. Egid. disp.  
23. dub. 3. nu. 57.

Vnde sequitur, eum, qui recipit primam tonsuram, aut ordines minores, non teneri ha-  
bere animum ascendendi ad sacros ordines;  
cù nullo jure talis intentio exigatur, & Trid.  
seß. 23. cap. 4. de reformatione, dum agit de con-  
ditionibus ordinandorum, solum prohibet in-  
tentionem ad declinandum forum sacerdotale.  
Nec similiter peccabit Episcopus conferens  
ordinis minores ei, qui non habet intentio-  
nem ascendendi ad ulteriores, licet laudandus  
sit is, qui nec primam tonsuram confert, nisi  
habenti intentionem bonam ascendendi ad  
sacros, ut probat post alios Sanches de matrimonio,  
lib. 7. disp. 31. nu. 16. & seqq. Filliucijs moral. qua-  
stionum, tom. 1. tractatione 10. cap. 4. nu. 131.

Ad finem textus, ibi, Dein-  
ceps spirituale coniugiū. Citat Barbo-  
sa in Rubric.  
de soluto matrimonio, 2. p. nu. 90. ad hoc, quod si  
uxor consentiat maritum promoveri ad sa-  
cros ordines, poterit in illis maritus adminis-  
trare; Glossa celebris in cap. uxoratus, verbo,  
nullaten-

millatenus, de conversione coniugatorum, eleganter Aretinus cons. 59. nu. 8. vers. Secundo probatur, Guitierres Canoniarum, cap. 25. nu. 17. & est ratio, quia uxor predictum consensum praestans, videtur renuntiasse iuri petendi debitum, ut latius prosequitur idem Barbosa.

**7 In fine textus, ibi, Nec cuiquam nubere.** Igitur uxor cuius licentia, vel dissimulatione maritus ad ordines sacros est promotus, teneatur ad castitatem, ita ut nequeat, etiam viro defuncto, validum matrimonium inire, de quo vide posita ad cap. Quia sunt, nu. 4. & ad cap. Si se quisquam, nu. 2. & seqq. supra dist. 28. Adde Filiicum questionum moral. tom. 1. tractatione 10. cap. 4. ann. 132. & à nu. 145. Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 19. §. 1. vers. Simili, latissime Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 38. & 39.

**8** Quod limitabis nisi maritus, repugnante, vel ignara uxore fuerit ad sacros ordines promotus, quia tunc uxor habet ius repetendi virum, illumq; revocare ad matrimonium, & vir uxori restitutus debitum coniugale reddere, iure ipso compellitur; nequit tamen petere debitum, quia promisit non exigere, quod in eius potestate erat; cap. Quidam de conversione cojugari. Extravag. antiqua de voto, post alios Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 14. vers. Duodecimo queritur. Fillius moral. quest. tom. 1. tractatione 10. cap. 4. nu. 183. Sanches lib. 7. de matrimon. disp. 38. nu. 12. idem dicendum est, si licentia uxoris fuisset extorta per metum gravem, vel vim, aut dolum, cap. Veniens, cap. Accedens, de cōvers. Azor. dict. vers. Duodecimo. Fillius d. nu. 147. Sanches nu. 13. cum quibus latissime materia prosequere, & dubia pullulantia extinguere.

## CAP. Quoniam. XV.

### S V M M A R I V M.

**1 An valeat matrimonium contractum cum infideli?**

**2 ib. Quo jure hoc prohibeatur? & n. 3. & 4.**

**3 Episcopus an possit facere constitucionem, quod nullus in Acolytum ordinetur, nisi castitatem promittat?**

**I**N textu. Collige ex illo non valere matrimonium contractum à catholico cum infideli, quod procedit ex constitutione Ecclesiae; licet enim legge divina, & naturali prohibitum sit huiusmodi coniugium, quatenus consortium infi-

delis potest catholicum à fide avertere, cum teneamus divino præcepto eorum consortia effugere, qui nos in discrimen fidei, aut æternæ salutis inducere possunt, cap. Sape, cum sequentibus, 28. quest. 1. Nullum autem consortium peius esse potest, quam illud quod per matrimonium contrahitur cum infideli, ut legitur 3. Regum, cap. 11. nu. 2. & judicium totum, cap. 16. D. Paulus 2. ad Corinthios 6. num. 14. inquit. Nolite ingumducere cum infidelibus. Et hūc etiam pertinent authoritates sanctorum Patrum cōgestæ à nostro Gratiano in cap. 1. 28. quest. 1. quæ omnes plane ostendunt non esse licitum lege divina predictum matrimonium, non tam evincunt non esse validum, ut prosequitur Covar. de sponsalibus, 2. p. cap. 6. §. 11. num. 1. latissime Sanches de matrimon. lib. 7. disp. 71. nu. 7. post illum Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 20.

Quærunt autem Doctores, quo decreto Ecclesiae matrimonium hoc irritetur, cum predictæ authoritates non sufficiant, quippe omnes Canones, qui ad hoc allegantur, vel sunt ex sanctis, vel ex Concilijs provincialibus de sumptu? Dicendum quidem est, nullum fortassis esse textum quo hæc irritatio inducatur, sed sufficere usum Ecclesiae ex receptissima consuetudine, & Apostolorum traditione, vim legis obtinente, ut docet Sotus in 4. dist. 39. quest. unica, art. 2. col. 5. vers. Hoc autem, Bellarminus de matrimonio, lib. 1. cap. 23. propositione 2. & 3. Henr. lib. 13. de matrimonio, cap. 23. nu. 3. in fine. Rebellus de justitia, 2. p. lib. 3. q. 9. circa finem. Sanches d. disp. 71. nu. 8. Non enim oportet omnes leges, & consuetudines Ecclesiae in scriptis redigi, ut predicti bene docent. Quidquid Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 20. §. 2. vers. Ceterum, multum insudet probare lege ecclesiastica scripta, tale matrimonium non subsistere.

Vnde infertur posse Pontificem ex iustissima causa dispensare, ut matrimonium inter fidelem, & infidelem celebretur, cum possit in omni jure ecclesiastico dispensare, ut docent Calderinus in cap. ult. de conditionibus appositis. Alexander de Nevo, ibi, nu. 11. Sylvest. verbo, matrimonium, 8. q. 10. dicto 3. Graffii part. 1. decisio-num, lib. 2. cap. 85. num. 11. Sotus in 4. dist. 39. quest. unica, art. 2. in fine corporis, latè Sanches d. disp. 71. num. 10. Infertur etiam, tale matrimonium ex parte suscipientis baptizati, esse Sacramentum, ut tradit Basilius d. cap. 20. §. 2. vers. Quod si quis, & Egidius disp. 31. num. 45. ex parte vero infidelis ideo non est Sacramentum, quia desideratur baptismus, qui est janua Sacramentorum. Consule Reginaldum lib. 31. nu. 167.

Illud autem citra controversiam est, coniugium personæ fidelis cù hæretica baptizata, vel

vel apostata à fide, validum esse, quanvis illitum, quia cum matrimonium sit Sacramentum, solum petit paritatem baptismi suscepti à contrahentibus, quanvis in fidei professione disparitas sit, ut docet D. Thom. in 4. dist. 39. quæst. unic. art. 1. ad quintum. Bellarmin. lib. 1. de matrimonio, cap. 23. in principio. Toledo in summ. lib. 7. cap. 7. nu. 1. Azor. tom. 1. instie. moral, lib. 8. cap. 11. q. 5. Reginald. lib. 31. nu. 168. ubi cum dico affirmat esse peccatum mortale contraherere huiusmodi matrimonium. Quod tamen limitat, non procedere in ijs locis, in quibus haeretici non denunciati, nec publici clericorum percussores catholicois permiscentur, ut in Germania, Gallia, Polonia. Sed quidquid sit de peccato, pro valore talis matrimonij stat Navarr. in summa, cap. 22. num. 49. Covar. de sponsal. 2. p. cap. 6. §. 11. num. 4. plures refert. Sanobes de matrimonio, lib. 7. disp. 72. nu. 2. Basilius de impedimentis matrimonij, cap. 20. §. 2. vers. De coniugio, & videtur probari in cap. Decretiv. de hereticis, lib. 6. licet Simancas de catholicis, tit. 40. num. 46. quem sequitur Rojas singulari fidei 128. contrarium teneat.

**In textu, ibi, Concessum est lectoribus, & psalmistis.** Ergo si nō concedatur licentia, non poterunt tales matrimonium contrahere, sed quomodo hoc intelligatur, vide posita in cap. Si qui vero, num. 1. & 2. & in cap. Lectores, nu. 2. & in cap. Placuit, nu. 3. & sequentib. supra hac eadem dist. Vnde Turrecremat. in d. cap. Placuit, nu. 11. affirmit, posse Episcopum facere constitutionem cum consensu clericorum suorum, quod nullus ordinetur in Aecolymum, nisi castitatem promittat.

### CAP. Interdixit. XVI.

#### S U M M A R I V M .

1. Clerici non debet habere in domo mulieres suspectas.
2. Fæmina subintroducta quæ dicatur?
3. Mulieres regulares, seu canonicæ, quæ sint?

**I**N textu. Notat Navarr. in Manual. cap. 25. nu. 109. Azeved. lib. 8. ze- caput. tit. 19. l. 1. nu. 78. & per illum docent non debere clericos habere in domo mulieres suspectas, sed tantum eas, quæ à iude permittuntur, maxime si clerici, vel mulieres essent juvenes, ex quibus sinistra opinio oriri potest, de quo etiam vide Ayendan-

lib. 2. prætorum, cap. 26. nu. 9. Prosequitur latè Menoch. de præsumptionibus, lib. 5. præsumpt. 17. nu. 1. & seqq. Adde textum in l. Eum, qui, Cod. de Episcopis, & Clericis.

### Ibi, Subintroducta mulierem.

Quænam fæminæ fuerint, quas Canones subintroductas appellat, dubium esse potest? Certius est hoc genus mulierum malæ suspicionis fuisse, non quod tunc essent concubinæ, aut meretrices, sed quod in puellari ætate à viris in cohabitationem, tanquam sorores admitebantur, ex earumq; consortio nihil non malitieri poterat. Vnde rectè Concilium Nicænum consortium talium mulierum clericis interdixit, ut probant Covar. de sponsal. 2. p. cap. 8. §. 4. nu. 5. latissimè Vasquez de ordine, disp. 247. cap. 4. nu. 42. & seqq. licet Archidiaconus in cap. Nullus, supra hac eadem dist. existimet, subintroductam mulierem esse, quæ respectu alicuius domestici officij, domi cohabitabat. At Anastasius Germonius lib. 2. animadvers. cap. 15. ad finem. affirmit introductitiam mulierem esse, quæ libidinis causa intus retinetur; hoc est, quæ non in luce, & oculis civium, sed intus in domo habetur, iuxta illud Cicer. ad Attic. Nam vero dicit boni, rem perditam etiam noctes certarum mulierum, atq; adolescentorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercede cumulo fuerunt.

Aliæ quoq; fuerunt mulieres regulares, seu canonicae dictæ, id est Dco consecratæ, quæ aliquando cum viris habitabant; contra quas Chrisostomus, acriter invehitur, tom. 5. in sermone, cuius titulus est; Quod regulares fæmina viris cohabitent; de quibus tamen non loquitur decretum Concilij Nicenij in præsenti, ut bene advertit Vasquez. d. cap. 4. nu. 49.

### CAP. Hospitiolum. XVII.

#### S U M M A R I V M .

1. Clerici debent evitare consortia mulierum.
2. Si unum est bonum, aliud est malum.

**I**N textu. Quem colligit Palea ex vñbus Hieronymi locis, in quibus de evitanda mulierum confuetudine agitur, quod etiam probant exempla sanctorum Patrum, qui miro modo leguntur evitasse consortium mulierum. Sunt alia exempla multorum etiam magnorum hominum, qui occasione mulieris ceciderunt, de quo ultra posita hac distinctione, varijs in locis, videlicet latè Paulus Fuscam de visitatione, lib. 2. cap. 15. nu. 88.